Sole in Toro
di ore 16. quarti 3.
notte ore 4. quarti 3.
ebbioso.
Tempo sereno.
Piuttosto freddo.
Oggi piove.
Rimesso al buono.
Giornata piacevole.
a il Sole ore 9. q. 3.
o [illegible] ore 24. m. 24.
Al[illegible]bido.
Bella giorna[illegible]
Seguita bella.

21 Dom. *Santissima Trinita'.*
Sole in Gemini
22 Lun. Fresco di mattina.
23 Mart. Giornata siroccosa.
24 Merc. Tempo non buono.
25 Giov. *Corpus Domini.*
26 Ven. *S. Filippo Neri Con.*
27 Sab. Giornata brillante.
Ultimo quarto ore 4. m. 55.
28 Dom. Che giornata!
Leva il Sole ore 8 q. 3.
29 Lun. Temo che piova.
30 Mart. Zeffiro piacevole.
31 Merc. Giornata gioconda.

23 Ven. Che
24 Sab. *Nat[illegible]*
ni Batt[illegible]
25 Dom. Mina
Ultimo qua[illegible]
26 Lun. Cerca
27 Mart. Mezz
28 Merc. Bella
29 Giov. *SS.*
30 Ven. Si su

OTTOBRE

Beatissima Vergine
Rosario.
[illegible]a il Sole ore 12.
Acqua fina.
Dove vuoi andare?
Il tempo non è buono.
Prepara le Reti
Giornata passabile.
Acqua, e Sole.
il [illegible] ore 12. q. 1.
mo [illegible] 14. m. 1.
Al parap[illegible]
Oh! che giornata!
Ribatti le Reti.
Usa lo specchietto.
i ore 18. Mezza notte ore 6.
Il fischio non giova.
Il tempo ti favorisce.
il Sole ore 12., e mezza
Tramontana torbida.
na ore 6. m. 13. notte antec.
Lunare principia ore 4.
isce ore 8. m. 2. notte antec.
Bella giornata.
In villa si gode.
Gli uccelli si vedono.
Te[illegible] nuvolo.
Gio[illegible]ssabile.
a il Sole ore 13. q. 3.
Oggi sgabbierai.
Giornata siroccosa.
zo di ore 18. quarto 1.
a notte ore 6. quarto 1.
Sole in Scorpione.
mo quarto ore 17. m. 7.
Oh! quante lodole!
[illegible]era in Albano.

NOVEMBRE

1 Merc. *Festa di tutti i Santi.*
Mezzo di ore 18., e mezza.
Mezza notte ore 6., e mezza.
Fiera in Bassano.

2 Giov. Giornata oscura.
3 Ven. Tempo variabile.
4 Sab. Bella giornata.
5 Dom. Tramontana.
Primo quarto ore 21. m. 54.
Leva il Sole ore 13., e mezza

6 Lun. Te[m]o che piova.
7 Mart. Acqua continua.
8 Merc. Giornata passabile.
9 Giov. Tempo sereno.
10 Ven. Giornata di Estate.
11 Sab. Che giornata!
12 Dom. Freddarello.
Luna piena ore 19. m. 6.
Leva il Sole ore 13., q. 3.

13 Lun. Non è giornata buona.
14 Mart. Giornata umida.
15 Merc. Tramontana torbida.
16 Giov. Tempo rigido.
Mezzo di ore 17. q. 3.
Mezza notte ore 5. q. 3.

17 Ven. Prendi l'ombrello.
18 Sab. Pioggia dirotta.
19 Dom. Contrastano i venti.
Leva il Sole ore 14.

20 Lun. Che Tramontana!
Ultimo quarto ore 14. m. 17.
21 Mart. Giornata brillante.
Sole in Sagittario.

DIC[illegible]

1 Ven. Pre[illegible]
Mez[illegible]
Mezza[illegible]
2 Sab. Fred[illegible]
3 Dom. Che

4 Lun. Neve
Primo qu[illegible]
5 Mart. Il fi[illegible]
6 Merc. Gio[illegible]
7 Giov. Nev[illegible]
8 Ven. Tram[illegible]
Concezione
9 Sab. Ciop[illegible]
10 Dom. Fre[illegible]
Leva il S[illegible]
11 Lun. Rad[illegible]
12 Mart. Ob[illegible]
Luna pie[illegible]

13 Merc. Nor[illegible]
14 Giov. Gio[illegible]
15 Ven. Stiv[illegible]
16 Sab. G[illegible]

THESAVRVS VERBORVM, AC PHRASIVM, AD ORATIONEM EX HISPANA LATINAM EFFICIENDAM, & locupletandam.

AVCTORE BARTHOLOMAEO BRAVO
Societatis IESV Sacerdote.

MVLTIS MENDIS REPVRGATVS; EXQVISITIS loquendi formulis ex Philippo Mey in Academia Valentina Rethoricæ, & linguæ Græcæ publico professore, & alijs probatissimis auctoribus illustratus; plurimis, quas eiusdem Societatis Patres in publicis Gymnasijs dictarunt, & asterisco notantur. *

Accessit huic editioni eiusdem Philippi Mey de Orthographia libellus vulgari sermone scriptus ad vsum tyronum.

Quæ omnia, quàm hactenus cura, & diligentia Philippus Mey Typographus collegit, & in lucem protulit.

HAC POSTREMA EDITIONE MVLTIS AVCTVS VOCAbulis, varijs, & elegantissimis dicendi generibus locupletatus, & nonnullis expurgatus mendis a Francisco Nouella in inclyto Valentinorum musæo primæ classis præfecto, & publico Rethoricæ interprete.

Anno 1635.

CVM PRIVILEGIO.

Barcinone, Ex Typographia Sebastiani à Cormellas: & expensis suis.

APPROBATIO.

DIVITIAS orationis si quisquam quęritat, in hoc vno Thesauro conclusas omnes reperiet: quem si aperiat, non verba solùm, ac phrases, sed peregrinas etiam gemmas extrahet, quibus candidior, & illustrior ex Hispana Latina fiet oratio. Iam, cùm nihil habeat a Fide Orthodoxa alienum, dignus luce & laude Thesaurus, ex quo ditari omnium rerum affluentibus verbis Philologus possit. Sic censeo, Illustri admodum Vicario generali iudicium committente. Barcinone, 7. Idus Augusti, Anno labente Christiano, 1626.

Dr. Antonius de Prados.

CONCESSIO.

NOS Petrus Pla I. V. D. Ecclesiæ Cathedralis Barcinonensis Sacrista, & Canonicus: pro Excellentissimo Domino D. Iohanne Sentis Episcopo Barcinonensi, Vicarius Generalis, & Officialis, visa approbatione libri, cui titulus est, Thesaurus verborum, & phrasium ad orationem Latinè efficiendam, Auctore Bartholomæo Brauo Societatis IESV Sacerdote, concedimus licentiam & facultatem, vt typis mandetur. Barcinone, die 7. Augusti 1626.

P. Pla Vic. Gen. & Offic.

Vt. Don Michael Sala Regens.

MAGI-

MAGISTRO BALTHASARI CESPEDES, SVPREMI gymnaſij Rethoricæ, Oratoriæque facultatis in Salmanticenſi Academia moderatori; Bartholomæus Brauus è Societate Ieſu

S. P. D.

QVÆ duæ res hominum ſibi animos conciliare plurimum ſolent, ad eoſque amandos, in quibus illæ ſunt, vehementer allicere, excellens quædam doctrinæ ratio, morumq; ſuauitas, eæ quidem ambæ, præſtantiſſime Ceſpedes, ita me prorſus adiunxerunt ac deuinxerunt tibi eo die, quo in iſta vrbe hoſpes cum eſſem: bonam diei partem tecum, ſumma cum animi mei voluptate poſui, nihil vt mihi videatur eſſe poſſe coniunctius. Nam etſi quæ antea de te, de eximio tuo ingenio, excellenti doctrina, ſuauiſſimis moribus, ipſa famæ celebritate audieram; ad te diligendum, quem ne de facie quidem noſſem, vehementer impulerans; te tamen poſtquam vidi, atque ex longo illo, ſuauiſſimoque ſermone, quo inter nos collocuti ſumus, facile, penituſque cognoui, mira profecto facta eſt amoris acceſſio. Eadem enim illa, quæ ex aliorum prædicatione magna eſſe mihi perſuaſeram, & e quibus primum meus in te abſentem exortus eſt amor, coram tecum agens ex te ipſo multo maiora eſſe didici, quam quæ vel ipſa apud me fama celebrarat, vel opinione ipſe ac mente conceperam. Ac de doctrina quidem nihil hic dico, quod plane vereor ne tuum modeſtiſſimum animum noſtra tuis laudibus offendat oratio. Quare ſi quod hac tota de re iudicium noſtrum eſt, illud malo apud reliquos cum omnium approbatione exponere; (quod quoties tempus, & occaſionem nactus ſim, facturum me eſſe profiteor) quam cum tua offenſione (quæ tua modeſtia eſt) adulationis apud te ſuſpicionem in tua laude ſubire. De morum ſuauitate, vt omnium non ta-

ceam,

ceam, inter cæteras virtutes tuas præclaras, & eximias, amaui quidem in te humanitatem in primis, quam tu singulari tua prudentia cum eo doctrinæ genere, quam in isto celeberrimo Salmanticensi Gymnasio summa cum laude profiteris, mirabiliter coniunxisti: vt qui ad omnem humanitatem humanioribus literis iuuentutem erudias: adolescentes ipsos quam optime informes non minus exemplo, quam voce, vt a te vno pariter illi & humanitatis doctrinam capiant, & humanitatis exempla. Sed quoniam amoris proprium est, gratificari ei velle quem ames, & muneribus afficere quibus possis; dolebam sane, hoc a me officii genus præstari non posse; qui, quod tamen omnibus mihi thesauris potius est, atque carius, nihil omnino habeam infra Lunã meum. Quare diuina tibi munera optare cœpi, vbi humana deferendi ad te, nulla se nobis facultas ostendebat. Sed & hanc tamen non multo post obtulit nobis bonus ille Deus: qui, vt spero, in nobis hunc ipsum, quo te sum complexus, amorem excitauit. Nam cum libellum, qui a nobis Thesaurus verborũ, ac phrasium, inscriptus est, ad orationem Hispanam Latinam efficiendam, & ornandam, adolescentibus Latinitatis studiosis accommodatum, prælo multis locis auctum, & locupletatum, secundo mandaremus, muneris loco te accepturum existimaui, si illum tuo nomine ederemus in vulgus. Quod si exiguum munus est, quod fatemur, non exigua tamen aut iudicii amoris erga te, aut de te nostri significatio. Nam & id tibi munus deferimus, quod carissimum nobis sit, necesse est, vt sunt quidem sua cuique omnia, quæ industria aliqua, labore, vigiliisque parauit: neque vllum tam ferox animal est, immaneque natura, quod suos licet deformes fetus non amet: & quod libellum nomini dicamus tuo, in eo certe quo loco apud nos sis, quantique a nobis fias, plane ostendimus; cum illum satis apud omnes homines probatum, commẽdatumque putemus, si tua susceperit, & commendarit auctoritas. Quare nostrum, mi Cespedes, primum amorem ama; qui in eo totus est, atque id maxime vult, vt sis ipse Deo Opt. Max. quam carissimus, quamque gratissimus: deinde munus ipsum non sua paruitate, sed amore nostro, voluntateque metire: eoque animo suscipe, quo a nobis donari iam intelligis; intelligesque quotidie, quoties hunc ipsum animum experiri velis. Vale.

IN

IN THESAVRVM VERBORVM, AC PHRA- ſium, Auctoris Præfatio.

CVM Latinæ linguę, vt ceterarum omnium, vſus in intelligendo, ſcribendo, loquendoque verſetur: ad ea quidem & intelligenda, & explicanda, quę ſunt Latine cōſcripta, in multis doctiſsimorum hominum vel commentariis, vel lexicis tantum præſidii eſt, vt nihil iam amplius ad eā rem deſiderari poſſe videatur. Ad eloquendum vero, atq; ſcribendum etſi doctoribus ſane multi ſunt libri, quibus iuuari poſsint; tyronibus tamen, ac Latinæ linguæ plane rudibus magna omnino penuria eſt. Quo fit, vt cum Hiſpanum aliquid ex pręceptoris præſcripto in Latinum transferant, quod frequentiſsimum illis eſt: vel longiorem etiam orationem ſuo Marte componant, cum ipſa rerum vocabula ſæpe ignorent, ne ſcilicet hæreant quaſi in ſalebra vocabula ipſi confingant, locutioneſque eiuſmodi, quæ a Latini ſermonis puritate atque elegantia maxime abhorreant: quæ tamen ipſi, vt a ſe inuenta, quaſi proprios fetus plus amant: eaque quo maiori ſunt labore quæſita, eo ipſorum memoriæ firmius inhæreſcunt. Ac in oratione quidem longiore, ſi eadem ſæpius ſit efferenda ſententia, cum verborum inopia laborent, neque propterea veſtire illam, variare, atq; ornare poſsint, eadem frequenter verba vſurpare, inculcareq; coguntur, non ſine audientis ſatietate atque faſtidio. Quod cum his tot annis quibus erudiendæ iuuentuti operam dedi, experientia ipſa didiciſſem; & quantum inde naſcatur incommodi, animaduertiſſem: cupiebam quidem vehementer aliqua eos ratione iuuare: vt quoties Latinam orationem efficerent, neque magiſter adeſſet, qui eos, vbi in eiuſmodi nodum difficultatemq; incidiſſent, expediret; perfugium aliquod haberent. Videbam enim, vt ad formandum ſtylum, eloquentiamque comparandam, nihil magis valet quam plurima ſcriptitare, ſi eleganter id fiat, atque concinne, (quod ipſe eloquentiæ princeps, parenſque teſtatur) ſic eiuſdem eloquentiæ ſtudioſis nihil obeſſe magis, quam frequentem vſum barbarè, inquinatèque ſcribendi. Hæc igitur me ratio impulit, vt quando omnia mea ſtudia, meam operam, meq; totum, ſi quid forte ſum, adoleſcentum inſtitutioni, commodis, vtilitatique dicauerim, hunc laborem ſuſciperem, non modo illis vtilem, qui ad eloquētiam aſpirant, ſed etiam neceſſarium: atque eiuſmodi opus conficerem, quod nō modo Hiſpana verba Latine reddita, ſed plurimas quoque ſententias, aliis atque aliis verbis ornatas, contineret: cuius quidem ſubſidio & inquinata ver-

ba

ba vitare, atque barbara: & eiusdem sæpius iteratæ locutionis satietatem fugere facile possent. Si quis vero mirabitur, aliquot in eo verba, quæ pauca sunt, reperiri, quæ in Ciceronis scriptis non sint, consideret ipse secum, quam multis verbis Ciceroni, dum scriberet, vti opus non fuit, quam multæ post Ciceronem res sint inuentæ, quibus certe nomina quoque quibus Latine appellarentur, inueniri debuerunt: quam multis deniq; Ciceronem ipsum vsum fuisse, credendum est in illis suis scriptis, quæ plurima magno cum Latinę linguæ detrimento iniuria temporum interierunt. Quæ cum perpenderit, meæ fortasse sententiæ adscribendam putabit suam. Sic enim semper censui, siue in verbis singulis, siue in locutionibus vsurpandis, Ciceronem in primis auctorem sequendum, atque imitandum esse, eumque vnum ceteris scriptoribus præferendum: vbi vero Ciceronianum verbum non est, quo res explicetur, non semper longis circuitionibus proferendam esse, dilatandamque sententiam, quod accidit sæpe auribus molestissimum: sed ab illis esse verba mutuanda, qui de ea re, quam tractamus, Latine quidem, neque inconcinne scripserunt. Cur enim Liuii, cur Cæsaris, cur Salustii verba reiiciam, vbi Ciceroniana desunt? Neque vero Plinius semper, & Columella negligendi sunt, cum de iis rebus agunt, quas neque Cicero, neque ceteri scriptores, qui probatissimi habentur, attigerunt. In quo tamen prudentiam, cautionemque oportet adhibere: estque sermonis venustati diligenter consulendum, neque vero quicquam audendum, quod eruditas aures iure possit offendere. Quod quidem nos vt caueremus diligenter curauimus. Sed illud tamen eorum causa dictum sit, quibus nullum omnino verbum quod Ciceronianum non sit, placere vnquam potest. Nos vero si quod optabamus, consequuti sumus, nobis quidem maxima erit causa lætandi, qui, quod propositum nobis semper fuit, bene de iuuentute meriti sumus: sin minus vero, ne id quidem conatos nos esse, vnquam pænitebit. Et quoniam hac in re vna adolescentum spectatur vtilitas, si tanta ex labore nostro percipiatur, quantam optamus & speramus, dabimus certe operam, vt hoc ipsum opus Deo optimo maximo duce, atque adiutore, cuius præcipue causa susceptus est labor, augeamus vbi opus sit, expoliamus & ornemus.

THE-

THESAVRVS VERBORVM, AC PHRASIVM, AD ORATIONEM ex Hispana Latinam efficiendam, & locupletandam.

De litera A.

A Preposicion. *Ad. apud in.*
A, Aduerbio para llamar, *Heus.*
A, interjeccion. *Ah.*
A algun lugar. *Aliquo.*
A aquel lugar. *Illo.*
A entrambas partes. *Vtroq; vtrobiq.*
A entrambas partes acudire cō gusto. *Vtroque libenter veniam, libenti animo acurram vtrobique ingenti cū voluptate confugiam.*
A esse lugar. *Istuc.*
A este lugar. *Huc.*
A este punto llegò el negocio. *Huc deducta res est, prouecta est. Huc res peruenit, deuenit.*
A escondidillas. *Clanculum.*

A ante B.

Abad. *Abbas, tis.* * *Archimandrita, æ.*
Abadessa. *Abbatissa, æ. Cœnobii antista. Præses Cœnobij.*
Abadia. *Abbatia, æ.*
Abalāçarse a los peligros. *Omnia pericula subire. Omnes difficultates sorbere, atque haurire animo. Quæque difficilia aggredi, petere, suscipere. res arduas contemnere, despicere, quæ periculosa sunt parui facere, pro nihilo habere, putare.*
Abalançarse por medio de los enemigos. *Immedios hostes in confertissimos hostes se dare, se inferre, se immittere, se conijcere. Vide* arrojarse.
Abaratado han las mercadurias. *Minora sunt iam mercium pretia. Minoris solito veneunt merces.*
A barato lo meteys todo. *Permisces, atque perturbas omnia. Nullā rationem sequeris, aut modum. Nihil ad rationis normā, & præscriptā operaris.*
Abarca, o çueco de madera. *Socus, ci.*
Abarca de cuero. *Pero, onis.*
Abarcar. *Complector, eris. amplector, eris.*
Abarcays mucho, y apretays poco. *Dum complecti multa vis, pauca quidem tenes. Sequeris quidem multa, pauca consequeris.*
Abastar a alguno lo que tiene. *Satis superque esse alicui.*
Abastado de todas las cosas. *Qui rebus omnibus abundat, circumfluit. Vide,* Rico.
Abatimiento de animo. *Debilitatio, atque abiectio animi.*
Abatimiento, o desprecio. *Vide.* Menosprecio.
Abatir, o echar abaxo. *Deturbo, as. Deijcio, is. abijcio, is.*
Abatirse. *Seipsum demittere, submittere, abijcere. deijcere.*
Abatiose la aguila al suelo. *Dilapsa est aquila in terram, lapsa est.*
Abatido, y despreciado. *Homo contē-*

ptus, & abiectus, desertus, neglectus: Fracto atque humili animo. Afflictus, Iacens.

Abatir a alguno. *Deprimo, is. Infringere alicuius gloriam. Minuere, imminuere, extenuare alicuius laudem, aliquem verbis, aut oratione obscurare. aliquem dicendo abijcere.*

'Abatirse, o romper. *Dequoquere, creditores solutione fraudare.*

El q̃ se abate assi. *Decoctor, oris.*

'Abaxar, o decender. *Descendo, is.*

Abaxo, o en baxo. *Infra.*

Abaxo, o hàzia baxo. *Deorsum.*

Abaxarse. *Demittere se.*

Abaxar la voz, o el tono. *Vocem, aut vocis sonum remittere.*

Abecedario. *Alphabetum, i.*

Abeja. *Apes, is. Apicula, æ.*

Abertura de cosa hendida. *Hiatus, us. Chasma, atis.*

Abertura de la boca quando alguno se rie. *Rictus, us.*

Abertura del cielo quando relampaguea. *Discessus cæli.*

'Abestruz. *Struthio camelus, i.*

Abil. *Ingeniosus, qui valet ingenio, in quo est plurimum ingenij.*

'Abilidad. *Ingenium, ij. acumen ingenij. Vide,* Ingenio.

'Abil para alguna cosa. *Aptus, a um, idoneus, a, um.*

'Abil para todo. *Natus ad omnia.*

Abilidad para todo. *Industria, solertia, ingenium.*

Tu abilidad es sabida en todas partes. *Omnes ingenij tui aciẽ sciunt. omnibus exploratum est, te acutissimã ingenij acie preditum esse, nullus ingenij tui prastantiam ignorat. te esse præstanti ingenio virum pleno omnes ore cõfitẽtur, quantum valeas ingenio, pasśis industria, & solertia omnium hominum ordines prędicant.*

Abiltado. *Fractus contemptus. Vide,* Abatido.

Abismo. *Abyssus, i. Infinita aquarum congeries, quę fundum non habet.*

Abispa. *Vespa, ę.*

Abito, o vestido. *Vestis, is. vestitus, us. indumentum, i.*

Abito, o vso. *Habitus, us.*

Aun no tiene vso de razon. *Nondum illum ad rationis habitum natura perduxit. Nondum puero rationis lumen affulsit.*

Para las cosas que se alcançan con industria es menester abito. *Quæ industria comparantur, ad habitum pertinent: vsum, exercitationemque desiderant. Vsu, exercitationeque opus est earum rerum, quę comparantur industria.*

Abituarse. *Assuesco, is. consuesco, is. Assuefio, is. assuefacere se cui rei.*

Abituado. *Assuetus, consuetus. Versatus in aliqua re. Assuefactus, exercitatus in re aliqua.*

Abiuad. *Animum excita, atque intelligẽtiam excute. Adsis animo. Te ipsum excita.*

Abiuad vuestro animo para cosas mayores. *Animum ad maiora excita, te ipsum vt ad altiora contendas excita, vt magna, & egregia suscipias mentem acue, intelligentiam excute. Animo adsis vt res præclaras suscipias, & susceptas consequaris.*

Abiuad a vuestro amigo. *Calface, amicum excita. Calcaria illi admoue desidi, ac languenti.*

Ablandar. *Mollio, is. Mollifico, as. molle-*

mollefacio, is.

Ablandarse. *Mollesco, is.*

Ablandar con ruegos, o lagrimas. *Precibus aliquem lenire, delenire placare; animum alicuius precibus molire, muliere, demulcere; quem lacbrymis sedare, flectere, inflectere, pacare.*

Abnegacion. *Propriæ voluntatis abductio.*

Abogado. *Aduocatus, i. Patronus, i.*

Abogar. *Patrocinor, aris.*

Gusta de abogar por los pobres. *Sũmo studio pauperũ causas agit in iudicio. Partes suscipit egenorum. Miseros, atq; egenos in forensibus causis, in iudiciis studiosissime defendit. Egenorũ ac desertorũ hominũ patrociniũ libentissime suscipit. Diligẽtissimus est egenorum hominum patronus.*

Es hombre muy señalado en las audiencias. *Grauissimis in causis cognitus est, & probatus. Multis annis est in iudicijs, in foro, in forensi munere, in forensibus causis, in causarum patrociniis, in tractandis causis summa cum laude versatus.*

Abogacia. *Patrociniũ ij, defensio, onis.*

Abogacia, oficio de abogado. *Aduocatio, onis. aduocati officium.*

Abolorio. *Genealogia, æ.*

Abominar. *Detestor, aris, execror, aris. Male precor alicui. imprecor cui, auersor.*

Abominable. *Execratus, execrandus, execrabilis, e. detestabilis, e.*

Abominaciõ. *Execratio, onis. detestatio, onis.*

Abonar. *Probo, as. approbo, as.*

No tiene necessidad que le abonen. *Nullius approbatione, aut commendatione indiget.*

Abonado, hombre de credito. *Vir magnæ existimationis, summæ fidei, cuius fides spectatissima est, homo spectatæ fidei, plenus fide.*

Abonado en haziẽda. *Homo valde locuples, & eximiæ fidei. Vide.* Rico.

Abono, o aprouacion. *Probatio, onis. approbatio, onis.*

Abono, o seguridad. *Fidei cautio. dedi, prabui creditoribus fidei cautionem, quam à me petebant.*

Aborrecer. *Odi, odisti.*

Es vn hombre a quien todos aborrecen. *Omnes illum oderunt, odio prosequuntur, odio habent. Est ille in magno ciuium odio. Est omnibus offensus inuisus. Magnum est ciuium in illum odium. Magnum in illum omnes boni odium susceperunt. Omnia in illum odia ciuium ardent. Flagrat omnium inuidia, atq; odio. Nemo est, qui illum nõ oderit, oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur. Vide* Malquisto.

Por vos me quieren a mi mal. *Tu me ciuib' odiosum reddidisti. Odia in me ciuium concitasti, commouisti, incendisti, instruxisti. Tua causa in ciuium odium veni, incurri.*

Aborrecible. *Detestabilis. Odiosus, inuisus.*

Aborrecimiento. *Odium, ij.*

Aborrecido se fue por esse mundo. *Desperatus, ab omni spe destitutus, neq; certam viam, & vagam vitam secutus est.*

Aburriò los huenos la gallina. *Oua gallina deseruit, reliquit.*

Abotonar. *Globulos ocellis suis indere, includere.*

Aborſo. *Abortus, us, abortio, immaturus partus.*

Abortar. *Partum abigere.*

Abouado. *Stupidus, ſuſpenſus.*

Abraçar. *Amplector, eris; cōplector eris; amplexor, aris; circumplector, eris.*

En llegando me abraçò cō mucho amor. *Vt acceſsi, in meum collū inuaſit, in me incidit, meq; amātiſsime complexus eſt. Sūo me complexu recepit. In meum complexum venit, incurrit. Diu me complexu ſuo tenuit.*

Abraço. *Amplexus, us, complexus, us.*

Abraſar. *Exuro, is, comburo, is.*

Abraſarſe. *Flagro, as, ardeo, es.*

Abraſarſe, o quemarſe algo. *Conflagrari, deflagrari, igne conſumi, incendio confici.*

Abrego, viento. *Africus, i.*

Abreuadero. *Adaquarium, ij.*

Abreuar el ganado. *Pecudes adaquare*

Abreuiaturas. *Notę, arum.*

Eſcriuir con abreuiaturas, o cifras. *Notis, arbitrarijs notis ſcribere.*

Abreuiar lo eſcrito. *In compendium, in epithomen redigere.*

Abreuiar, o reſumir lo relatado. *Quę fuſius tractata ſunt in pauca conferre, colligere, ad ſummam quādam referre. Summam facere eorum, quę dicta ſunt latius, ac fuſius.*

Abreuiar en dezir. *Leuiter trāſire, atq; tantummodo perſtringere, vnamquāq; rem. leuiter attingere. Multa in pauca conferre. * Dicere Laconice.*

Por abreuiar. *Vt rem inſtitutam, late patentem vno verbo dicam, vt quę infinita fere ſunt paucis complectar, comprehendam, exponam. Sed quid plura? quid multa? quid multis verbis opus eſt?*

Abrigar a otro. *Fouere aliquem. Calefacere, focillare.*

No tēgo cō que abrigarme. *Nō habeo quo me tegam, protegam, quo frigoris vim propellā, quo me muniā contra frigoris vim, & inclementiā.*

Abrigarſe al Sol. *Apricor, aris. apricatione caleſcere.*

Mas querria vn dia de Sol con vos q̃ todos los Reynos del mundo. *Vnam certe aprication em tecū in tuo Sole mallem, quam omnia regna.*

Abrigado lugar. *Apricus locus.*

Abril. *Aprilis, is.*

Abrir. *Aperio, is. Pando, is.*

Abrir lo que eſtà cō cerradura. *Refero, as.*

Abrir lo que eſtà ſellado. *Reſigno, as. ſoluo, is. vt reſignare litteras. ſoluere aperire, & reſerare epiſtolam.*

Abrir la mano. *Pugnum deducere, manum dilatare.*

Abrir puerta. *Patefacio, is.*

Abrirſe, o henderſe alguna coſa. *Hio, as. hiſco, is. dehiſco, dehiſcis.*

Abrirſe el edificio. *Rimis agere edificium, ruinam minari.*

Abrocharſe. *Stringere ſe.*

Abrogar ley. *Legē abrogare, antiquare, reſcindere, diſſoluere, irritam facere.*

Abrojo. *Tribulus, i.*

Abroxo de hierro. *Murex, cis.*

Abroquelarſe. *Clypeum opponere, clypeo ſe tegere, munire, protegere.*

Abſoluer. *Abſoluo, is.*

Abſoluer en confeſion. *Confeſsionis ſacramento expiare aliquem. Criminibus aliquem abſoluere.*

Abſolucion. *Abſolutio, onis.*

Abſolutamente. *Abſolute.*

Abſorto en alguna coſa. *Defixus totus*

tus in aliqua re. Totus inhærens in re aliqua contemplanda.

Abstenerse. *Abstineo.*

Abstinentia. *Abstinentia,æ, Inedia,æ.*

Con la abstinencia refrenareys los apetitos. *Abstinencia voluptates coercebis, frenabis, refrenabis. Media corporis illecebras superabis, si te ab immoderato cibo, potuq; abstinueris frænos in cōtinentis libidení iniicies, appetitus omnes coibebis continebis, reprimes, comprimes.*

Abstinente. *Homo mirifice abstinens. * cuius vita seuera est, cibi potusq; par cissimus, victus tenuissimi.*

Absurda cosa. *Absurdus. Turpis,e.*

Abubilla. *Vpupa,æ, Epops,opis.*

Abuelo. *Auus,i.*

Abuelo segundo, o visabuelo. *Proauus,i.*

Abuelo tercero, o tartarabuelo. *Abauus,i.*

Abuela, *Auia,æ.*

Abuela segunda, o visabuela. *Auiæ mater, proauia.*

Abuela tercera, o tartarabuela. *Abauia,æ.*

Abuelo de la muger. *Prosocer,i.*

A buen tiempo. *Tempestiuę.*

Abuela de la muger, *Prosocrus,i.*

Abubado. *Gallico laborans morbo. Vide* Enfermedad.

Abundante. *Affluens, copiosus, circūfluens, redundans.*

Abundantia. *Abundantia,æ. Copia,æ. affluentia,ę.*

Teneys abundancia de todo. *Nullum necessarium vitę cultum requiris, omnium potius rerum affluentibus copijs vita tua ditata est. Quæ natura desiderat, expleta, cumulataque habes; satis superque habes. Abundas circumfluis bonis omnibus.*

Abundancia de frutos. *Vbertas,tis. Fertilitas. Feracitas, fecūditas, abundantia.*

El año passado huuo mucha carestia, ogaño mucha abundācia. *Superior annus in summa charitate fuit, hic in summa vbertate. Hoc anno cibaria vberiora sunt quam superiore: multo maior est fructuum omnium copia.*

Abundācia de palabras. *Verborū profluentia, affluentia, copia, abundantia.*

Abundantemente. *Affluenter, copiose, abunde.*

Aburar. *Amburo,is. Comburo, aduro.*

Abusiones de viejas. *Aniles superstitiones.*

No cureys de essas abusiones. *Aniles istas superstitiones pelle, neglige, contemne, nihil cures.*

Abuso, mal vso. *Abusus, us. Abusio, onis, prauus vsus.*

Abusar, *ab vtor, eris.*

Muchos abusan de la razon que Dios les ha dado. *Nonnulli sunt qui ratione quam adeo acceperunt ab vtuntur; qui peruerse, male, improbe rationis lumine vtuntur, innumerabiles rationis diuino dono ab vtendo animantes potius quam homines videntur, multi rationis habitum ad prauos vsus conuertunt.*

A ante C.

Acà. *Huc.*

Acà y allà. *Huc, illuc. Sursum, deorsum.*

Acaba ya. *Age, agedum.*

Acabar con alguno algo. *Aliquid ab aliquo impetrare, obtinere.*

Acabò su vida. *Diem suum obijt. Vide* Morir.

Acabanme la vida eftos cuydados. *Hac me moleftiffime curæ conficiunt. Vide* Cuydados.

Acabadas vnas pefadumbres vienen otras. *Moleftię moleftias excipiunt. Curis curæ fuccedunt. Vixdum ab aliis moleftijs conquieui, cum alię exiftunt grauiores.*

A cabo de rato vino. *Venit tandē aliquando, poft longā expectationē, poft longā moram, plus nimio expectatus.*

Acabar. *Abfoluo,is.conficio,is. finio,is. termino, as.*

Ya he acabado el negocio. *Rem perfeci, abfolui, ad exitū perduxi, ad extremū perduxi. Vltimā iam manū, & quafi faftigium operi impofui. Ad vmbilicum, ad colophonem rem perduxi, rei finem impofui, rem expediui, confeci, abfolutam omnibus fuis numeris reliqui.*

Oy fe acabarō mis cōtentos. *Hodiernus dies omni me in pofterum voluptate priuauit. Omnis mihi lætitiæ finem attulit, nullum in omne tempus iucūditati reliquit locum. Omnē mihi lętandi caufam in perpetuum fuftulit.*

Acabar la guerra. *Bellum omnino profligare penitus tollere. perfequi belli extrema, reliquias, belli reliquias extinguere, opprimere, extrema belli perficere, bellum reftringuere. Vide* Guerra.

Acabar los eftudios. *Philofophiæ, vel cuiufque difciplinę curriculum peragere. Studiorum metam attingere, ad finem ad exitum ftudiorum peruenire.*

Acabado el curfo. *Liberalium artium curriculo, vel fpacco, confecto. Vide* Studios.

Acabar, o perficionar. *Expolio,is. perficio,is. perpolio,is.*

Acabò fu oficio. *Muncre perfunctus eft. Munus obluit.*

Acabole la enfermedad. *Cōfectus eft corporis morbo, cōfumptus, exhauftus.*

Acabofe. *Actum eft.*

Acabaronfe las diferencias. *A diuturnis diffenfionibus conquieuimus.*

* Por no fer largo quiero acabar. *Ne longius quam par eft augeatur oratio, ne plura cōplectar (funt enim innumirabilia) breui comprehendā, ne longius prolabar, concludam. Video plus hac de re verborum factum effe, quam inftitutę orationis ratio poftulabat. Sed hęc fatis multa, vel plura potius quam neceffe fuit. Poffem hoc loco euagari latius, nifi me temporis ratio breuem effe admoneret. Ne multus, & infolens fim, ne in immenfum concurrat oratio multa, quę in medium adduci poterant; prętermittam. Ne prouehar longius quam temporis anguftiæ patiuntur, ne nimium multa perfequar, & ab eo quod propofitum eft lōge aberret oratio finem dicēdi faciā. ne vobis moleftus fim, ne vobis fatietatem afferat aut moleftiā pariat orationis longitudo, ne plura conjecter, multa prætcribo. Vt extremū habeat aliquando hęc mea oratio cętera veftra prudentiæ relinquam.*

* Seria nunca acabar. *Longum effet, ac plane infinitum, nullum finem mea oratio effet habitura. Videretur dies potius quam oratio mea deficere. Dies mihi deficerēt, vel non dies modo, fed vox ipfa, virefq; deceffent, fi hanc rem omnino expendere conarer. Si reliqua dicendo profequi vellē modo perfecto, excideret oratio, neq; poffem dicendarum*

rum magnitudine rerũ intra præscriptos orationis terminos cõtineri. Singula recensere si vellẽ recolenda, scio profecto hanc vocem meam, ipsumque diem mediis in laudibus defuturum.

* Acabar la oracion. *Cõcludere, coronidem addere orationi, ad calcem, vt dicitur, peruenire, finem dicendi facere; finem orationi imponere. Exitũ orationis expedire, ad exitum, ad finẽ orationem perducere finem orationis attingere. Orationem perficere, absoluere, terminare.*

Acabar de leer. *Perlego, is.*

Acabar de escriuir. *Perscribo, is.*

Acabar de viuir. *Defungi vita.*

Açacan. *Mercenarius, ij. operarius.*

Açada, o açadon. *Ligo, onis.*

A cada passo. *Passim.*

A cada palabra me nombraua. *Tertio quoq; orationis suæ verbo me appellabat*

Acaecer. *Accidit, cõtingit, euenit, vsuuenit, obuenit.*

Acaecio assi. *Ita casus tulit. Ita tulit fortuna, casus attulit. fortuna fecit. casu factum est. casus incidit. Ita cecidit, vt &c.*

Acaecio esto al gusto de mi paladar. *Id mihi fœliciter euenit accidit, contigit ad voluntatem fluit, emanat. Id mihi cõmode, opportune, per opportune ab venit. Nihil mihi iucũdius, suauius, optatus cadere potest. hac re vtar prospera, secundaq; fortuna, res hæc meis optatis, meis votis respondit.*

Acaecẽ muchos trabajos a los hombres. *In multas possim miserias, & calamitates, homines incidũt. Est humana vita innumeris fortunæ telis proposita, exposita. Humanus animus ex varia rerũ euẽtu, perpetuo fluctuat. Varij casus humanam vitam affligunt.*

Acaecimiento. *Casus, us. euentus, us. euentum, i.*

Açafran. *Crocus, i.*

Açafranar. *Croco aliquid inficere, tingere.*

Acarrear. *Inueho, is. adueho. asporto, as.*

La virtud acarrea grãde prouecho a los hombres. *Virtus dat, præbet hominibus ingentem vtilitatem, affert, parit incredibilia commoda, bona; fert fructus eximios, minime cõtemnendos, pœnitendos; ex virtute proficiscuntur, nascuntur ingẽtes vtilitates, capiũtur colliguntur vberrimi fructus, existunt promanant infinita cõmoda, accipiũtur percipiuntur vtilissima multa virtus est hominibus magno emolumento, fructui, vtilitati; virtus hominibus ex vtilissima, fructuosissima admodũ salutaris, summa cũ vtilitate coniũcta. Nihil est hominibus vberius, vtilius, fructuosius, nihil ad vtilitatem præstãtius virtute.*

A caso. *Casu, forte, fortuna. Fortasse, fortassis, forsitan, fortuito.*

Acatar, o respetar. *Verreor, eris. reuereor. Vide* Honrar, y respetar.

Acatar, o mirar. *Intueor, eris.*

Acatamiento. *Conspectus, us. aspectus.*

Acaudalar. *Paro, ras. comparo, ras.*

Acaudalar riquezas. *Colligere, adquirere, accomulare diuitias, congerere opes; coaceruare thesauros maximos auri, argentique acerbos extruere. Vide* Riquezas.

Acechar. *Obseruo, as.*

Acedo, o agrio. *Acerbus, acidus.*

Acelerar la muerte a alguno. *Maturare mortem alicui.*

Acelga. *Beta, æ.*

Acelga saluage. *Himonium, ij.*

Acemilero. *Mulio, nis.agasso,nis.*
Acenoria. *Pastinica,ę.*
Acento. *Accentus, i. tonus, i.*
Acepillar. *Dolo,as,edolo,as.leuo,as.lenigo,as.*
Aceptar. *Accipio, is.*
Aceptacion. *Acceptio,onis.*
Aceptar,o admitir concierto,escusa, &c. *Accipere,admittere conditionē, excusationem.*
Aceptar lo prometido. *Stipulos, aris.*
Aceptar la herēcia. *Adire hereditatē.*
Aceptar personas. *Huic potius, quam illi fauere,nō virtutis,aut dignitatis, sed gratię, aut hominis ipsius causa.*
No soy hōbre que acepto personas. *Non is ego sum, qui personam spectem potius, quam cuiusque virtutem,dignitatem, merita. Ego virtuti cuiusque dignitati, ac meritis faueo, non persona. Ego ad conferenda pręmia vna ęquitate ducor, nullius studio,aut beneuolentia moueor.Non ego hominem, sed eius dignitatem perpēdo, specto. In conferendis pręmijs expendo cuiusque merita, personam ipsam nihil curo.*
Acepto es a todos. *Est omnibus acceptissimus, carus omnibus, & gratus. Est in magna cum omnibus gratia. In magna apud omnes gratia.*
Acequia. *Incile,is. Fossa incilis.*
Acerca. *Iuxta, prope,ad,apud, secundū.*
Acercarse. *Appropinquare, accedere propius ad aliquem locum.*
* Acercarse la muerte. *Imminere,instare, adcunctare mortem, diem discessionis obrepere.*
Acertar,o dar en el blanco. *Collineo, scopum, attingere, figere. Vide,* Blanco.
Acertar,o atinar en alguna cosa. *Rem attingere. recte conijcere. Scopum attingere. Dicere quod res plane est. Vide,* Coniectura.
Acertado aueys, bien aueys dicho. *Pulchre dixti, acute arguteque coniecisti, pręclare sane dictum, responsum tuo ingenio dignum, veritatis scopum attigisti, rem acu tetigisti rē ipsam tenes.*
Acertadamente. *Prudenter, sapienter.*
Acezar. *Anhelo, as.*
Acezo. *Halitus,us,anhelitus,us.*
Achacar,o culpar. *Alicuius rei culpam conferre in aliquem, iacere, conijcere. Obiicere crimen alicui.*
* *Attribuere, adscribere culpā alicui; conferre, deriuare culpam in aliquem.*
Achacoso de salud quebrada. *Valetudinarius. Qui affecta est valetudine, fracta,imbecilla.*
Achacoso, mal acondicionado. *Criminosus, morosus, acerous natura. difficilis natura.*
Achaques buscays para no lo hazer. *Excusationem quaeris, honestam causam quęris, quo minus facias.*
Achicoria. *Inthybus, i.*
Acicalar. *Polio,is.*
Acicalado. *Politus,a,m.*
Acicaladura. *Politura,ę. Policies,ei.*
Acibar. *Aloe, es.*
Aclamacion. *Aclamatio,onis.*
Aclararse. *Explicare se dicendo.*
Aclarado ha el cielo. *Serenum est cœlum. Magna est cœli serenitas.*
Acocear. *Calcibus aliquem tundere. Male calcibus accipere, conculeare, pessundo,as. protero, is.*
Açofar. *Aes fusile.*
Acoger. *Excipio,is,recipio, suscipio.*
Aco-

Acogerse. *Recipere se aliquo.*

No tengo a quien me acoger sino a vos. *Omne perfugiū in te vno positū habeo; sicut in aram, tamquam in securum portū a te vnum confugio. Vnus mihi es in quo conquiescam ad quem tamquam ad portū e naufragio me conferam, ad quem me recipiam.*

Acogimiento, o acogida. *Receptus, us. refugium, ij. perfugium, ij.*

Acogida que se haze al huesped. *Hospitalitas, is.*

Acogida comun. *Asylum, i. commune perfugium.*

Açogue. *Argentum viuum.*

Açomar el perro. *Irriso, as. Instigo, instigas.*

Acometer. *Inuado, is. aggredior, eris.* * *Vide*, Arremeter.

Acometieron a la Ciudad los enemigos. *Hostes impetum in vrbem fecerunt. In vrbem irruerunt, Irruperunt.*

Acometiome a traycion. *Me a tergo inermem, & imparatum adorsus est, inuasit, aggressus est.*

Acometer a alguno para matarle. *Petere aliquem. Vitam alicuius appetere.*

Acometer vn exercito a otro. *Cōcurro, is. confligo, is. signa conferre.*

* Romper. *Vi ingredi, intrare. hostiū acies prærumpere.*

Acometimiento. *Incursus, us. impetus, us.*

Acometimiento de vno con otro. *Conflictus, us.*

Acometer en mala parte. *Adoscor, iris.*

Acomodar a otro. *Commodo, as.*

Acomodarse con otro. *Accomodo, as. Seruire alterius voluntati. Accomodare se ad alterius voluntatem. Conspirare cum altero.*

Acomodarse a su natural. *Naturæ suæ seruire.*

Acomodarse al tiēpo. *Vide*, Tiempo.

Acomodadamente. *Aptissime. Peraccommodate. Bellissime.*

Acomodado. *Aptus, a, um.*

Acompañar. *Comitor, aris. affector, aris. vnde affectator, & affectatio. deducere, prosequi aliquem.*

Acompañamiento. *Comitatus, us.*

Fue, y vino con grande acompañamiento. *Magno comitatu, multis viris comitantibus; multis prosequentibus ciuibus; magna ciuiū multitudine: magno ciuium numero deductus, ac reductus est.*

Anda acompañado de muchos mācebos. *Stipatus incedit choro iuuentutis; bene magna caterua adolescentum.* * *Comitatus, septus. generoso vectus equo, magnis adolescentū gregibus stipatus. ingenti iuuenum agmine circumfusus.*

Aconsejar. *Dare alicui consilium, præbere, hortari, cohortari aliquem, suadere alicui. Vide*, Consejo.

Acontecer. *Vide*, Acaecer.

Açor. *Accipiter, tris.*

Açorado. *Perturbatus animo; commotus animo. animo esse concitato.*

Acordar a otro. *Admoneo, es. memoro, as.*

Acordaysme vna cosa muy honrosa. *Rem mihi satis gloriosam in memoriam redigis, reuocas, commemoras, Pulcherrimi facti memoria meū animum refricas. Memoriam mihi pulcherrimi facti refricas. De re sane pulcherrima mentionem facis.*

Acor-

Acordarse. *Memini, isti. Commemini, recordor, aris. Reminiscor, eris.*

Acuerdate de tu vida passada. *Redi in memoriam superioris tuæ vitæ. Fac tibi anteacta tuæ vitę veniant in mentem. Recordare vita superioris. Respice spatia anteacta vitę. Repete superioris vitę memoriam. Excita memoriam ad anteacta vita tua cogitationem.*

Siempre me acordare de la merced que me hizistes. *Erit beneficij tui memoria meo animo semper infixa; in mente semper hærebit mea. Apud me semper extabit, animo meo numquam excidet, numquam apud me intermoritura est. Tuum in me beneficium memoria perpetuo teneba, tui in me singularis beneficij vsurpa bo cum maxima caritate memoriam, tui beneficij memoriam perpetuo conseruabo, retinebo. Beneficij tui magnitudinem memoria retinebo; tui beneficij memoriam colam beneuolentia sempiterna.*

Acordar las vozes. *Consono, as.*

Acordadas vozes. *Voces consonæ.*

Acordada musica de vozes, y flautas. *Concentus vocũ, tibiarũq; suauissimus.*

Acorralar a alguno. *Intercludo, is. circuncludo, is.*

Acortar el razonamiento. *Pretermittere aliqua, præterire. incidere media narrationis, ad extrema venire, paucis rem persequi, breuius narrare.*

Acossar fieras. *Agitare feras. feras cursu premere.*

El que las acossa, *agitator, exagitator ferarum.*

Acostarse. *Cubo, as. cubitum ire.*

Acostarse con alguno de ordinario. *Cubitare cum aliquo.*

Acostumbrarse. *Assuesco, is. consuesco. Insuesco, is. assolet.*

Acostumbrado estoy a trabajos. *Satis multos labores expertus sum, sensi, tuli, sustinui: labores ferre, perferre consueui, assuetus sum, assuefactus laboribus, assueui laboribus. In laboribus satis versatus sum.*

Acostumbrar. *Soleo, es. De more abeo.*

Assi se acostumbra. *Sic solent, sic consuescunt homines, hic est hominum mos, hæc cõsuetudo; Est id in more positum, sic se habet rerum vsus, Est id more maiorum comparatum. hęc consuetudo increbuit, percrebuit.*

Acostumbrada cosa. *Solemnis, e; solitus, a, um. consuetus, a, um. vsitatus, a, um.*

No sienten los trabajos los que estan acostumbrados a ellos. *Sentiendi vim malorũ consuetudo aufert, acerba, & dura non percipiunt, quorũ animis callum obduxit laborũ consuetudo. malorum vsu animus ad dolorẽ nouum obdurescit. qui sunt laboribus erumnisq; miserijs aßueti numquam recentes ad infortunia veniunt.*

Açotar. *Flagello, as. verbero, as. diuerbero, as. cædo, is.*

Muchos toman estos dias disciplina en la Iglesia. *Multi se his diebus in templo flagris cædunt: flagellis cædunt; diuerberant, flagris multant. In se ipsos verberibus acriter sæuiunt, in suum ipsi corpus animaduertunt. Frequentes in templo a multis verberationes fiunt.*

Açote. *Scutica, æ, flagrum, i, flagellum, i.*

Vinole el açote de la mano de Dios.

Dios. *Deus in illum animaduertit, eum supplicio affecit, puniuit. Deo Opt. Max. pœnas dedit.*

Açotar el mar en los muros. *Maris aqua mœnia alluit.*

Acobardar a otro. *Animũ alicui frãgere; alicuius animum tardare. adimere animum alicui.*

Acobardado aueys. *Animum dimisisti, abiecisti. Fracto animo es.*

Acrecentar. *Augeo, es. adaugeo.*

Con tan ilustre hecho aueys acrecẽtado vuestra hazienda, y hõra. *Tam illustri facto magna tibi accessio facta est, & fortunæ, & dignitatis. Fortunas tuas, & dignitatem auxisti, amplificasti. Multum tibi adiunctum, multum additum est, & fortunarum, & gloriæ. Multum tibi & fortunæ accreuit, & honoris.*

Acrecẽtarse. *Augesco, is. adaugesco, is.*

Acrecentamiento. *Accretio, onis. accressio. Incrementum, i.*

Acreditar a alguno. *Alicuius existimatione patefacere, aperire confirmare.*

Acreditarse a si. *Expectationem de se concitare, mouere, commouere. fidem adquirere. afferre spem summæ virtutis, egregiã opinionẽ colligere, parare.*

Acreedor. *Creditor, oris.*

Accion. *Actus, us. actio, onis.*

Actiuo, o diligente. *Actuosus, a, um.*

Actor, o agente. *Actor, oris.*

Acuchillar. *Gladio aliquem cædere. Vulnera alicui infligere. Vulneribus conficere aliquem.*

Acudir a alguno. *Confugio, is.*

Acudir a ayudar. *Accurro, is. Præsto esse alicui. * Vide* Concurrir.

Acudio mal el trigo ogaño. *Anguste obuenit frumentum hoc anno; agri hoc anno exiguos fructus retulerunt.*

Acudio bien ogaño la fruta. *Arborũ fruct' vberrimus obuenit, cõtigit. Fuit hoc anno arborum fructus vberrimus.*

Açucena. *Lilium, ij.*

Açucar. *Saccharum, i.*

Açucarado. *Sacchаro infectus, imbutus.*

Açucar roxo. *Fax sacchari, saccharum rubeum.*

Açucar piedra. *Salindus.*

Açuela. *Ascia, æ.*

Acuerdo, o memoria. *Recordatio, onis*

Acuerdo, o consulta. *Aduocatio, onis. consilium, ij.*

Acuerdo, o determinacion del consejo. *Consilium, ij.*

Con acuerdo de todos se hizo. *Magna omnium concordia; magno omniũ consensu, & conspiratione; cõsentientibus omnibus constitutum est.*

Açufayfo, arbol. *Ziziphus, i.*

Açufayfa, fruta. *Ziziphum, i.*

Açufre. *Sulphur, uris.*

Acuñar moneda. *Argentum cudere.*

Acuñadores de moneda. *Monetales viri.*

Acusar. *Accuso, as. criminor, ris. arcesso, is. Vocare aliquem in crimen, in iudicium. Deferre nomen alicuius. Dicere diem alicui. Conferre crimina in aliquem. Obiicere crimen alicui. Insimulare aliquem. * Reum facere.*

Acusar falsamente. *Calumnior, aris. Falso accusare aliquem. * Falsò quẽ insimulare. Falsum crimen bonis obiectare. Falsum testimonium in quem dicere.*

Acusar al inocente. *Conferre culpam in immerentem, insontem; falso iudicio nullius culpæ affinẽ opprimere, inique omnis culpæ expertem, omni cul-*

pi vacantem ab omni culpa alienam circumuenire. aliquem alienæ culpæ reum facere.

Acusacion. *Accusatio, nis. actio, delatio, insimulatio.*

Acusador. *Accusator, oris. actor.*

Acusacion falsa. *Calumnia, æ.*

Acusador falso. *Calumniator.*

A ante D.

Adalid, o guia. *Dux, cis.*

Adarga. *Cetra, æ.*

Adargarse. *Cetra se tegere, protegere.*

Adarme. *Drachma, æ.*

Adelantarse. *Prææo, is. Præcedo, is. anteeo, is. Antecedo, is. antegredior, eris. antecurro, is. precurro, is.*

Adelante passad. *Vlterius progredere, procede.*

Muy adelante va ya. *Processit iã lõgissime; abest iam a nobis lõgissime.*

Està muy adelante, o priua mucho. *Valet ille plurimũ gratia apud Regem. est ille valde gratiosus Regi, &c.*

Adelantarse. *Vide,* Auentajarse.

Mucho se adelanta este mancebo en las letras. *Hic adolescens multũ proficit in literarũ studijs. magnos in literis processus, magnos progressus facit. longius procedit, progreditur nobiles artes ediscendo.*

Adelantar el relox. *Anteuertere horologium.*

Adelantado. *Prouinciæ præses.*

Adelfa. *Neruis, is. Nerium, ij.*

Adelgazar. *Attenuo, as. Extenuo, as. Acuo, is. Exacuo, is. Procudo, is.*

Adelgazar, y apurar mucho las cosas. *Rem ad calculos exiliter vocare.*

Adelgazamiento. *Extenuatio, nis.*

Adelgazar, o remirar alguna cosa. *Rem diligentissime, acuratissime discutere.*

Adentro. *Intus, intio, inteorsus.*

Adereçar lo necessario. *Apparo, as. comparo, præparo, paro; instruo, is. orno, as.*

Adereçar, o afeytar. *Como, is. concinno, as.*

Adereço de cauallo. *Ephippia, orum.*

A deshora. *Ex improuiso. repente, subito.*

Adestrar. *Duco, is.*

Adeudarse. *Contrahere es alienum. Vide,* Deudas.

Adeuinar. *Diuino, as. Præsagio, is. conijcio, is. Præsentio, is.*

* *Ariolari, vaticinari.*

En esto no podemos adeuinar. *De hac re certo conijcere non possumus. Difficilis admodum coniectura est, incerta, obscura diuinatio. De hac re certam coniecturam facere nõ possumus. Id coniecturare, coniectura assequi non possumus.*

Adeuino. *Diuinus, i. augur, uris. vates, tis. ariolus, i. aruspex, cis.* * *Augurator, ominator, auspex, augurius.*

Adeuino por suertes. *Sortilegus.*

Adeuinacion. *Augurium, ij. auguratio, onis. diuinatio, onis.*

Arte de adeuinar. *Mantice, es. auguratus, us. auspicina, æ.*

Adicion. *Apendix, cis.*

Adjudicar. *Adiudico, as. Adicere rem alicui.*

Administrar. *Administro, as. guberno, as. moderor, aris. Vide* Gouernar.

Administracion. *Administratio, onis.*

Administrador. *Administrator, ris.*

Admirable. *Mirabilis, e. admirabilis, e.*

Admi-

Admirarse. *Miror, aris. demiror. in admirationem rapi. stupeo, es.*

Admiracion. *Admiratio, onis. miratio.*

A todos aueys causado admiracion. *Magnam omnibus admirationẽ excitasti, concitasti, mouisti. * Peperisti, attulisti. In magnam omnes admirationem rapuisti. * Adduxisti, traduxisti. Magna omnes tenẽtur admiratione tui. * Affecisti, suspendisti auditores admiratione. causę ignoratio in re noua mirationem facit.*

Cosa digna de admiracion, *Mirabilis, e. mirandus, a, um. Res admiratione digna.*

* Salio de si por admiracion. *Tanta fuit admiratione affectus, vt mentis compos minime esse videretur. Pene aliena mente vidit.*

Admirò a todos. *Magnã omnibus admirationem fecit. Vide*, Admiracion. * marauilla.

Admitir. *Admitto, is.*

Admitir en su Ciudad. *Ascisco, is. Ciuitate aliquem donare.*

Admitir escusa. *Accipere excusationem.*

Admitir en su casa. *Vide*, Hospedar. *Vide*, Agasajar.

Admitir en la Religion. *Aliquem adscribere, coaptare, recipere in Religionem.*

Adobar, o guisar. *Condio, is.*

Adobo. *Condimentum, i. conditio, conditionis.*

Adobar, o adereçar. *Reficio, is. in lebete vasa reficere, concinnare.*

Adolecer. *Ægroto, as. Vide*, Enfermedad.

Adonde? *Quo? Quonam?*

Adonde tu estàs yrè. *Illuc veniam.*

Adoptar hijo. *Adopto, as. Filium instituere.*

Adopcion. *Adoptio, onis.*

Adoptar, dar su hijo en adopcion. *Mancipare filium suum in adoptionem alicui.*

A do quiera que. *Quocumque.*

Adorar. *Adoro, as.*

* Adorar a Dios. *Deum omnium rerum auctorem summa religione colere. Tribuere, exhibere, habere, deferre illi diuinos honores; venerari, prosequi, afficere illum diuinis honoribus.*

Adoracion. *Cultus diuinus, veneratio, reuerencia, religio.*

Adormecer. *Sopio, is. soporem alicui inducere. consopire, somnum conciliare.*

Adormecerse. *Obdormio, is. obdormisco*

Adormido. *Somno captus, somno oppressus, a, um.*

Adornar. *Orno, as. adorno, as. vt magnifico ornatu adornare templum.*

Adorno. *Ornatus, us. ornamentum, i.*

Adornado. *Ornatus, a, um. praditus, a, um.*

Adquirir, ganar. *Paro, as. comparo. Adquiro, is. adipiscor, eris.*

Adreço. *Cultus, us.*

Adreçar a alguno. *Aliquem polire, decorare, ornatum atq; venustum reddere.*

Adreçar el cabello. *Crines componere, comam adaptare.*

Adreçado el cabello. *Composito, & delibuto capillo.*

Adrede lo hize. *De industria feci, consulto, dedita opera: sciẽs feci, prudẽs, & sciens, data opera, composito.*

Adriatico mar. *Adrianum, Adriaticum mare.*

Adua-

Aduanero. *Publicanus,i.coactor vecti-galium.*

Aduenedizo. *Aduena,a.*

Aduersidad. *Fortuna aduersa, & grauis;infortunium,ij.res aduersæ;turbidum tempus; turbida res.*

Aduersario. *Aduersarius,contrarius.*

Siempre me fuystes aduersario. *Semper te mihi grauẽ,nimis acrẽ,vehementem,acerbum, aduersariũ præbuisti.Aduersus mihi semper,& infensus es.Te semper aduersario vsus sum nimis acerbo.Me numquam opugnare intermitis,mihi aduersari,resistere.*

Aduertir. *Animaduerto,is.aduerto,attendo,animum aduerto.circumspecto, circumspitio,animo intueor, obseruo, as. considero,as.*

Aduertencia. *Circumspectio, nis. animaduersio, onis.*

Aduertencia, o consejo. *Consilium,ij. Præceptum,i.*

Adufe. *Timpanum,i.*

Adulterar. *Adulteror,aris.mæchor,is.*

Adultero. *Adulter,eri.*

Adulterio. *Adulterium, ij. Pellicatus, us.*

Adulterino falso. *Adulterinus, a,um. vt nummi adulterini.*

A ante F.

Afable. *Affabilis,humanus.*

Es hombre afable. *Homo est humanus, mansuetus, mitis, iucundus, lenis, lenissimus, insigni humanitate, benignitate, mansuetudine præditus, incredibili naturæ lenitate vir.*

Afabilidad. *Affabilitas,tis. facilitas.*

Afablemente. *Humaniter,humane, comiter,mansuete,benigne.*

Afamado. *Famæ celebritate illustris.* *Vide* Fama.

Afanar,o trabajar. *Laboro,as.*

Afan,o trabajo. *Ærumna,a.Vide* Trabajo.

Afanado. *Laboribus onustus, miserijs, & erumnis coopertus: calamitatibus circunuentus, oppressus.*

Afear. *Deformo, as fœdo,as. Turpo,as. turpifico,as.maculo,as. * Obscuro,as.*

Afeayſme lo que tengo yo por honra. *Mihi vitio vertis,mihi exprobras, quod ipse gloriosum duco.*

Afecto. *Affectus,us. affectio animi.*

Mouer afectos. *Animis motum afferre.* *Vide* Mouer.

Los buenos oradores mueuen los afectos. *Oratores Egregij audientiũ affectus mouent,commouent. animi motus excitãt,incitant, impellũt. eorum apud quos dicunt animos ad lætitiam, vel ad merorem:ad misericordiam,vel ad iram,ad amorem,vel odium permouent,inducunt.*

Afectacion en el hablar. *Cõcinnæ orationis confectatio, concinnitas nimis exquisita.*

Afectar copia en el hablar. *Verborum copiam nimis exquirere.*

Afectar,o codiciar. *Affecto,as.*

Afeyte. *Fucus,i. pigmentum,i. * Vnguentum.Fucatus color,& rubor. cãdoris,& ruboris fucamenta elegãtia, & munditia repellantur.*

Afeytar el rostro. *Fuco, & pigmentis os illinire. Naturalem oris colorem fucato nitore ementiri. faciẽ vnguentis,pigmentis,& fucis oblinire.*

Afeytadas palabras son las vuestras. *Inest in tua oratione nõ naturalis sed fucatus quidam nitor: inest fucatus quidam nitor,non naturalis color. Est tua oratio pigmentis illita, & fuco,*

non

non nitida ipsa per se. Est tua omnino fucata oratio, fucatus sermo.

Afeytado. *Fucatus, fucosus, cerussatus.* * *Illitus, affluens, oblitus, delibutus vnguentis.*

Anda muy adereçado, y afeytado el cabello. *Sunt illi compti capilli, delibuti: madentes cincinnorũ simlria: & fluentes, cerussataque buccæ.*

Afeytar la barba, o cabello. *Tõdeo, es*

Afeminado. *Effæminatus, a, um.*

Afeminadamente. *Effæminate.*

Aficion. *Voluntas, tis. amor, oris. studium, ij.* * *Beneuolentia, animus.*

Aficionar. *Allicio, is. concilio, as.*

Aficionado. *Studiosus, a, um.*

Aficionado a las letras. *Literarũ amator, cultor. disciplinis deditus ingenuarum artium studijs addictus.*

Afilar, o aguzar. *Acuo, is. Exacuo, is.*

Afinar. *Perficere, vltimam manum imponere, omnibus numeris absoluere.*

Afinar el peso. *Lances vno pondere æquare.*

Afinidad. *Affinitas, tis.*

Afirmar. *Affirmo, as. confirmo, assero, is. asseuero, as.* * *Vide* Dezir.

Todos a vna voz afirman esto. *Id omnes vno ore afirmant, confirmant, aiũt, inquiunt, asserunt, asseuerãt. Hoc omnes vno cõsensu perhibent. aperta, & clara voce profitentur. clarissimis verbis proponũt, fatentur, cõfitentur.*

Afirmacion. *Confirmatio, onis. asseueratio, onis.*

Afirmadamente. *Affirmate, asseueranter.*

Afligir. *Affligo, is. ango, is. vexo, as. afflicto, as. crucio, as.*

Afligido. *Profligatus, afflictus.*

Aficion. *Afflictatio, onis. afflictus, us. angor, cris.*

Afloxar. *Laxo, as. remitto, is. relaxo, as.*

Ya aueys afloxado en los estudios. *Iam tuus ille animi ardor ad studia refrixit, consedit. Conatus illi iam tui atq; impetus ad sapientiæ laudem residerunt. Friget iam tuus animus, frigescit iam ad studia. Tua iam studia, tua iam littera oblangucrunt.*

Afloxamiento. *Laxamentum, i. Remissio, onis.*

Ya es razon de afloxar del trabajo. *Equum iam est relaxare animũ animio labore. discedere ab acerrima contentione. consonum est rationi conquiescere ex labore, animũ acris abducere auertere, seuocare. Ad animi remissionem descendere iustum est. Ad portum confugere non inertiæ, sed otij moderati, & honesti causa æquitati videtur consentaneum.*

Afrenta. *Dedecus, oris. ignominia, æ. opprobrium, ij. turpitudo, inis.*

Afrenta de palabras. *Probrum, i. maledictum, i. cõtumelia, æ. ignominia, æ.*

Afrentar. *Ignominia aliquem afficere; contumelias alicui imponere.*

Afrentome mal de palabra. *Me contumelijs onerauit. Multis me fixit maledictis. In me maledicta cõgessit. Effudit, quæ voluit omnia. Multa in me probra coniecit. Cõtumeliosis verbis me affecit. Grauioribus me verbis, & contumeliosis violauit. Multa ab eo conuicia sustinui. Multas in me iecit cõtumelias. Omnibus me verborum contumeliis vexauit, insecutus est, lacerauit, conscidit. Conuitijs cõsectatus est omnibus. Multa mihi probra intulit, abiecit.*

Quedó muy afrentado. *Summa igno-*

ignominia notatus. Summa illi ignominia illata est. Summam ignominiã tulit. Insedit in eius nomine ignominiæ nota sempiterna.

Esto no es afrenta en vos. *Hoc in te turpitudinem non habet. Tibi probro non est. Hoc ab aliquo tuo dedecore, aut ignominia longe abest. Nulla in hoc tuæ dignitati labes, nulla infertur infamia. Nulla dignitatem tuã attigit contumelia. Nullum tibi imprimitur dedecus.*

Aueys hecho vna cosa afrentosa. *Multum dedecoris, summum dedecus, admisisti, suscepisti, turpissimã tibi ignominiæ notam inussisti. Magnã tibi ignominiam imposuisti. Turpem ignominiæ labem subiisti. Te summa ignominiæ maculis aspersisti, inquinasti.*

Afrentarse el vno al otro. *Alternis versibus intorquentur, inter fratres grauissimę contumeliæ.*

Afrentoso. *Contumeliosus, a, um.*

Afrentosamente. *Contumeliose.*

Hombre que dize afrentas. *Probrosus, contumeliosus.*

A ante G.

Agacharse. *Demittere se.*

Agallas para tinta. *Galla, æ.*

Agalla de arbol. *Cicis, is.*

Agalla de cypres. *Conus, i.*

Agalla de pescado. *Branchia, æ.*

Agallas de la garganta. *Tosillæ, arum.*

Agassajar. *Hospitio aliquem honorifice excipere, & tractare liberaliter; perhonorifice, ac perliberaliter tractare.*

A gatas entrò. *Humi repens intrauit. Serpendo illapsus est.*

Agena cosa. *Alienus, a, um.*

Esto es muy ageno de vn hombre como vos. *Hoc a tua dignitate plurimum abhorret: valde alienũ est. Te valde indignum est. te non decet, tuę nobilitati non respondet, non conuenit.*

Agente de alguno. *Rerum ad negotiorum alicuius actor, administrator.*

Agil, o presto. *Agilis, minime tardus.*

Agilidad. *Agilitas, tis.*

Agnus Dei. *Sacra cera. Imago cerea cęlestis agni. Consecrata, agni plaguncula. sacratus agnus.*

Agonia. *Angor animi.*

Agonia de la muerte. *Extremum, postremum vitæ certamen, supremum vitæ tempus, quo animus disceptat: quo quis cum morte luctatur.*

Agonizar. *Animam agere. In extremo, in postremo vitæ certamine esse.*

Agora, o ahora. *Nunc, in præsentia.*

Agora poco ha. *Modo.*

Agorar. *Auguror, aris. aruspicor.*

Agorero. *Augur, uris. aruspex, cis. auspex, cis.*

Agosto. *Augustus, i. Sextilis.*

Agostado està el campo. *Agri exarucrunt.*

Ya hemos hecho nuestro Agosto. *Agrorũ iam fructus collegimus, percepimus, condidimus.*

Agotar. *Exhaurio, is.*

Agotaseme el ingenio. *Ingenij mei fontes iam sitiunt. Mente iam, ac ratione deficior.*

Agra cosa. *Acer, cris, e. acerbus.*

Agramente. *Acerbe. peracerbe.*

Agradable. *Gratiosus, gratus, iucũdus.*

Agradar. *Placeo, es. complaceo, es.*

A todos agrada vuestro parecer. *Omnibus sententia tua placet, perplacet, arridet, tuam omnes sententiam*

tentiam probant, approbant, laudant; omnes sententiæ tuæ adhærent, consentiunt, assentiuntur.

Agradecer. *Gratiam habere alicui. gratiam referre alicui, gratias agere.*

Siempre os agradecere este beneficio. *Memoriā beneficij vestri colam beneuolentia sempiterna. Nullo tempore, aut die, memoria beneficij vestri definiam. Vobis tantam habebo gratiam quantam maximam animus meus cauere potest. Numquam vestri in me beneficij memoria morietur. Sēper vestri beneficij memoria in meo animo cum grata recordatione versabitur. Memoriam beneficij vestri perpetuo conseruabo, retinebo. Me vobis semper gratum, memoremq; præstabo. Meritam vobis gratiam pro tanto beneficio memori mente persoluam. Nihil erit mihi charius, aut antiquius, quā vt vobis gratissimus esse videar, cognoscar, habear. Curabo nequā gratiam, quæ præstari a me possit, requiratis, exigatis, desideretis.*

No puedo yo agradeceros, ni en parte las mercedes q̄ me aueys hecho. *Nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. Nullam partem tuorum erga me meritorū, gratia vlla assequar. Nulla tanta gratia est, quæ tuorum erga me beneficiorū magnitudinem aliqua ex parte æquare possit. Tua in me merita omnem gratiam vincunt, ac superant. Leuis omnis gratia est pro tuorū meritorum magnitudine. Meritam tibi gratiam persoluere, vel minima ex parte, nullo modo possum.*

Muy bien se lo agradecio, y pagò. *Retulit illi cumulatissimā gratiā. Parem gratiam reddidit, persoluit; præstitit quātam debuit, præbuit, restituit. Gratiā ille cumulate reddidit. Beneficium & illustri gratia excepit, & remuneratus est.*

Agradecido. *Gratus, beneficij memor, qui grato est animo.*

Agradecimiento. *Gratia, æ. Gratissima memoria, gratificatio, gratus animus. grati animi virtus, accepti beneficij recordatio.*

Agrauiar. *Facere iniuriam alicui. Lædere aliquem. Vide* Injuriar.

No quiero agrauiar vuestra virtud. *Nolo virtutem tuam iniuste lædere, offendere. virtuti tuæ facere, inferre, imponere, conflare ignominiam non est in animo. vexare virtutem tuam, injurijs exagitare, lacerare, afficere numquam decreui.*

Agrauio. *Incommodum, iniuria, æ. incommodatio, onis.*

Agrio, o agro. *Acer, cris, e. Acerbus.*

Agror. *Acor, oris. acerbitas, tis.*

Agricultura. *Ars agricolarum. Agricultura.*

* Agua bendita. *Lustralis aqua.*

Agua. *Aqua, æ. latex, cis.*

Agua llouediza. *Pluuia, æ. imber, bris.*

Agua elada. *Aqua gelida, gelu concreta.*

Agua de nieue. *Aqua inuegelida.*

Agua que passa por açufre. *Albula, æ.*

Agua ardiente. *Aqua vitæ. vinum ardens.*

Agua miel. *Mulsa, æ. Melicratum, i.*

Aguado, que no beue vino. *Abstemius, a, um.*

Aguador. *Aquator, oris.*

Aguaducho. *Aquaductus, us.*

Aguar el vino. *Vinum aqua miscere.*

Aguado vino. *Dilutum vinum, vinum aqua mixtum.*

Aguados sõ todos mis plazeres. *Nullũ ex humanis rebus fructũ percipio, qui non sit aliqua acerbitate permixtus. Nullã capio ex humanis rebus liquidam, simplicemq; voluptatem.*

Aguado soy. *Potus mihi semper aqua est, aquam bibere consueui, non vinũ. Multo magis aquę potione delector, quam vini.*

Aguamanil. *Trulla, æ. malluuium, ij.*

Aguardar. *Præstolor, aris. expecto, as. opperior, iris.*

Aguardar a la puerta. *Ad fores assistere, ad ianuam aliquem expectare.*

Aguardarse. *Manere, sistere.*

Aguas vertientes. *Aquarum diuortia.*

Agudo de dos filos. *Anceps, tis.*

Tus mesmas agudezas te dañan. *Ipse te pungis tuis acuminibus.*

Agudo. *Acutus, a, um.*

Agudo de ingenio. *Perspicax, cis. solers. vir ad excogitãdum acutissimus; acutissimo ingenio, summo ingenij acumine, acri ingenio, acerrimus, peracutus. * Diuina ingenij acie præditus, ingenij laude præstantissimus, florentissimus, valens, florens, præstans ingenio, mentis acumine, ingenij acie.*

Agudamente. *Acute, argute.*

Que se puede dezir mas agudamente. *Quid afferri potest acutius? quid subtilius inueniri? quid aptius, quid accommodatius excogitari? quid venustius reperiri?*

Agudeza de ingenio. *Perspicacitas, tis. acies ingenij, acumen.*

Agudeza de la vista. *Acies oculorum.*

Agudeza de palabras. *Acumina; argutiæ, arum. scoma, tis. cauillatio, onis.*

Aguelo. *Vide* Abuelo.

Aguero. *Augurium, i. auspicium, ij. homen, hominis.*

Aguja. *Acus, us.*

Aguja paladar. *Acus, ci.*

Aguja de marear. *Acus nautica.*

Agujero. *Foramen, inis.*

Agujeta. *Corrigia, æ.*

Agujar. *Propero, as. festino, as.*

Aguijonear. *Stimulo, as. stimulos adhibere. stimulis fodere.*

Aguijon. *Stimulus, i.*

Aguijon de abeja. *Aculeus, i.*

Aguila. *Aquila, æ.*

Aguilucho. *Pullus aquilæ.*

Aguinaldo. *Strenæ, arum.*

Aguzadera. *Cos, otis.*

Aguzar. *Acuo, is. exacuo, is.*

Aguzar la punta del cuchillo. *Spiculo, as.*

* Aguzar el entendimiento. *Acuere, exacuere mentis, ingenij aciem, vel oculos mentis.*

A ante H.

Ahechar. *Cribro purgare.*

Ahechado es todo lo que dize. *Sunt quæ dicit omnia selectissima. Nihil affert nisi perfectum ingenio, elaboratum industria.*

A hecho los matò a todos. *Omnes sine descrimine necauit.*

A hecho les pagad. *Ordine suam cuiq; mercedem præbe.*

Aherrojar al preso. *Iniicere facinoroso catenas compedes, manicas ferreas vincire, constringere latronem ferro; astringere, colligare, aligare catenis.*

Aherrojado. *Ferro vinctus, constrictus.*

Ahidalgado. *Ingenuus, a, um.*

Ahidalgadamẽte. *Ingenue liberaliter.*

hijar.

Ahijar. *Adopto,as. vnde adoptio,nis.*
Ahijado. *Adoptatus in filium, adoptiuus filius.*
Ahincadaméte. *Cõtẽte,magno conatu, omni animi conatu, cõtentiose dicere.*
Ahincar en alguna cosa. *Rem attẽtius inspicere:toto animo,ac mente contẽplari.Defigere, & intendere animum in aliquam rem,animo acri,& attẽto intueri.*
Ahinco, o fuerça. *Conatus,us. Vide* Fuerça.
Ahirmar. *Nitor,eris. innitor,eris.*
Ahito,o indigesto. *Crudus,a,um.*
Ahitarse el estomago. *Crudesco,is.*
Ahogar. *Suffoco,as. strãgulo,as. faucib⁹ aliquẽ premere,fauces alicui premere.*
Ahogarse el que habla. *Vocem includi.Animam intercludi alicui.*
Ahogamiento. *Interclusio animę.*
Ahondar en la tierra. *Terram alte effodere.*
Ahondar con el arado. *Sulcum altius imprimere.*
Ahõdastes vos mas en el negocio. *Rẽ tu altius perspexisti.Vide* Ahincar.
Ahorcar. *Suspendo,is. suspendio necare. Agere, tollere rapere in patibulum. laquei supplicio punire aliquem.*
Ahorrar. *Manumittere, seruo libertatẽ dare.seruum liberare,libertate donere, in libertatem vindicare. seruo libertatem concedere,nomen seruitutis detrahere.*
Ahorrar gastos. *Sumptibus parcere.*
Ahorrador. *Nimis parcus,nimis restrictus.Pecuniæ nimis tenax.*

No se ahorra con persona. *Nemini nouit cedere, nulli morẽ gerere. Nullius vnquam rationem habuit, se vt frangeret. Nullius apud illum magis,quam sua,aut voluntas valet,aut inditium,aut veritas.*
Ahuchar. *Pecuniã cõdere,& asseruare.*
Ahumar. *Fumo fœdare,opplere locum.*
Ahumado. *Fumosus, a,um.*
Ahusar madero,&c. *Lignum in fusi formam exacuere.*
Ahuyentar. *Fugo,as.*
Ahuyentò los enemigos. *Hostium copias fudit,repulit, fugauit, auertit,in fugam coniecit.*
Ahuyentar ganado. *Abigo,is.*

A ante I.

Ajo. *Allium, ij.*
Ajornalado. *Conductus mercede.*
A jornal anda. *Operam suam mercede locat.*
Ajustarse a todos. *Parẽ se omnibus facere.Nemini se præferre,anteferre.*
Ajustad os con lo que podeys. *Sumptus pro facultate facito.Vide* Gasto.

A ante L.

Ala del aue. *Ala, æ.*
Ala en el exercito. *Ala militaris.*
Ala del pez. *Pinna, æ.*
Ala del tejado. *Pars tecti prominens, extrema tecti pars.*
Alas ha tomado con vuestro regalo. *Nimia tua indulgentia liberiorẽ cepit licẽtiam. Dedit illi nimia tua indulgentia licentiam, aut libertatem.*
Alas ha cobrado. *Animum cepit, confirmauit. Vide* Animar.
Alabar. *Laudo,as. collaudo.*
* Alabador. *Laudator egregius,preco, buccinator laudum,existimationis.*

Todos le alaban. *Omnes illi maximam laudem tribuunt,impertiunt, impertiuntur, deferunt. Omnes illum maxime cõmendant;laudibus ornant: efferunt, extollunt, laudibus tollunt,*

in cęlum ferunt, eximia laude ornant, prędicāt, laudibus afficiunt. pleno ore laudant. Omnes in illū summas laudes congerunt. De illius laude prędicant. Diuinis laudibus celebratur ab omnibus. Omniū fama in summa illum laude collocauit, posuit. Est de illius laudibus omnium fama consentiens.

* *Hortensius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate laudes in astra sustulit.*

Sereys alabado mientras viuieren hōbres en el mundo. *Tui nominis commemorationem cum omni posteritate adęquabis. Nō cum vita tuę tempore tui nominis cōmemoratio est dimittēda, sed in omni posteritate celebrāda. Tuam laudem ad sempiterni temporis memoriā tui inter homines commemoratio propagabit. Æterna in laude versaberis. Sunt virtutis tuę vestigia ad perpetuā consequentis tēporis prędicationem expressa: fixa ad memoriam tui nominis sempiternam. Tuę laudes omnium gentium literis, atque linguis celebrabuntur. Scriptis atq; fama hominum erit nomen tuum semper illustre. Nulla vmquā ętas de tuis laudibus conticescet.*

Alabança. *Laus, dis. laudatio, onis. cōmendatio, collaudatio. Preconium, ij.*
* *Pradicatio, encomium, elogium.*

Es cosa digna de alabança. *Res est laudabilis, laude, & commēdatione digna, laudibus efferenda, extollēda, prędicanda, omni genere laudis cumulanda, omni laude literis monumentisq; celebranda.*

Este hōbre sobrepuja toda alabança. *Homo hic est omni laude superior, omni pręconio maior. ab omni laude fælicior, qui omnē laudis prędicationē virtutis magnitudine superat quē nemo satis pro dignitate laudare potest, nulli est prędicatione secūdus.*

No vsurpeys alabāça agena. *Nihil tibi de alienis laudibus haurias, in te transfundas, de alienis laudibus ne detrahas, quod tibi affingas. Alienas laudes ne vsurpes. In alienarum laudum societatem ne venias.*

Alabarderos. *Stipatores. Custodes Regij corporis.*

Alaballro. *Alabastrum, i.*

A la buelta. *Post reditum. Cū rediero.*

Alacena. *Riscus, i.*

Alache pescado. *Halex, ecis. scōbrus, i*

Alacran. *Nepa, æ.*

A la hora, luego. *Statim, illico, cōtinuo*

A la hora de agora. *Iam nunc.*

A la mañana. *Mane.*

Al amanecer. *Primo diluculo. Prima luce. summo mane, cum lucescit ante solis ortum, ante lucano tempore, albescente die.*

A la mañana venid. *Veni crastino die mane, matutino tempore, antemeridiano tempore.*

Alamo blanco. *Populus, i.*

Alamo negrillo. *Alnus, alni.*

Alano, especie de perro. *Molosus, i.*

Alançar, echar de si. *Reiicere aliquem. Vide* Echar.

Alancear. *Hasta aliquē traiicere, transfodere.*

A la noche. *Noctu, nocte, nocturno tempore.*

Al anochecer. *Sub noctem. Solis occasu. Cadente sole. occidente, præcipitante ad occasum vergente sole, imminente nocte. cum nox sub est, cum ruit oceano nox.*

A la

A la par. *Pariter.*
A la partida. *Discessu, in discessu.*
A la postre. *Extremum.*
Alarde. *Recensio copiarum.* Hazer alarde. *Exercitum recensere, lustrare.*
Alaraques haze sin paraque. *Tragœdias excitat sine causa.*
Alargar el tiempo. *Proferre tempus, differre, prorogare, protrahere, producere, deducere, prolatare diem: procrastinare.*
Alargado me he en mi razonamiento. *Longius prouectus sum dicendo, quam proposueram. Paulo lõgius oratio mea prouecta est.*
Alargar, o afloxar. *Laxo, as.*
Alaridos. *Vociferatio, onis. questus, us. eiulatus, us.*
A las vezes. *Interdum.*
A la tarde. *Pomeridiano tempore, vespere, sub vesperum.*
Alaton morisco. *Orichalcum, i.*
Albacea. *Testamentarius, ij.*
Albahaca yerua. *Basilicum, basilici.*
Albañar. *Cloaca, æ.*
Albañir. *Cæmentarius, ij.*
Albardero. *Clitellarius sartor.*
Albarda. *Clitella, æ.*
Albeytar. *Veterinarius, i.*
Albeyteria. *Veterinaria, æ.*
Alberca, o estanque. *Stagnum, i. piscina, æ.*
Alborear. *Lucesco, lucescis; elucesco.*
* Alborotado. *Turbulentus, turbulento ingenio preditus.*
Alboroto. *Tumultus, us. seditio, onis.*
Alborotar. *Tumultuor, ris. turbas facere. Vide* Reboluer.
Alborotar el pueblo. *Facere seditionẽ in populo: concitare, commouere, conflare. Plebem perturbare. Perturbationem afferre plebi, vrbi. Magnus populi factus est motus.*
Alborotador. *Seditiosus.* * *Turbulentus, concitator seditionis. perturbator tranquilitatis publicæ. otij, pacis.*
* Albricias. *Euangelia.*
* Dar las albricias. *Reddere cui euangelia. prosequi quem euangelijs. optatissimum, iucundissimumq; nuntium præsertim tuas epistolas accepi, quibus euangelia deberi fateor.*
Alcaçar. *Arx, cis. Vide* Fuerte.
Alcahuete. *Internuntius, i.*
Alcahueteria. *Internuntium, i.*
Alcaparras. *Capparis.*
Alcarchofa. *Acantus, i.*
Alcançar a alguno. *Consequor, eris, assequor.*
Alcançar alguna cosa. *Nanciscor, eris. adipiscor; obtineo, es. consequor.*
Alcançar rogando. *Impetro, as. exoro. Precibus ab aliquo aliquid obtinere.*
Alcançar, o entender algo. *Animo comprehendere, cogitatione, mente assequi.*
Alcançar lo alto. *Attingo, is. cõtingo.*
Alcançar la vitoria. *Victoriam consequi, adipisci, reportare, victoria potiri. agere triumphum de hostibus, triumphare de aduersarijs.*
Alcançar credito. *Adquirere fidem, inire gratiam ab omnibus.*
Alcancele de cuenta. *Subductis rationibus debitor mihi est multæ pecuniæ.*
Alcancele de cuenta, o entendiselas. *Prospexi hominis animum, tenui eius artificium cognoui: dolos, detexi.*
Alcançado anda de dineros. *In magna est necessitate nummaria. Pecunia valde indiget.*

Alcançado ando de tiempo. *Mirũ est quã egeam tempore. Vide*, Tiempo.

Alcãçado me veo, o apretado. *In magnis versor angustiis, quomodo me expediam non reperio. Vide*, Dificultad.

A los alcances le va en ingenio. *Est ille ingenio proximus, neque longo interuallo, exiguo quidem interuallo. est illi ingenio pene par.*

Alcance le dio. *Assecutus, consecutus illum est.*

Alcance, o deuda. *Debitum, i. debita pecunia.*

Alcaparra. *Capparis, is.*

Alcarauea. *Carnis, is.*

Alçar lo caydo. *Tollo, is. sustuli.*

Alçar, y sostener. *Leuo, as. Eleuo, as. subleuo, as.*

Alçar los ojos. *Attollere oculos.*

Alçado ha la cabeça. *Caput erexit, se confirmauit.*

Alçar la voz. *Contendere vocem vocis sonum efferre, altius, elatius loqui. vocem tollere.*

Alçar con todo. *Omnia pro suis vendicari; in suam potestatem redigere, sibi arrogare, in suam potestatem vocare. alienam rem suam conuertere.*

Alçose, o quebrò. *Solutione impedita fides illum defecit. Res illum, & fides defecit.*

Alçarse, o reuelarse. *Deficere a rep.*

Alcauala. *Vectigal Regium.*

Alcaualero. *Publicanus, i.*

Alcohol. *Stibium, ij.*

Alcoholar los ojos. *Oculos stibio linire.*

Alcornoque. *Suber, eris.*

Alcorque. *Crepida, æ.*

Alcrebite, o piedra açufre. *Sulphur, is.*

Alcuça. *Lecythus, i.*

Aldaua de la puerta. *Pessulus, repagulum, i.*

Aldea. *Pagus, i.* * *Vicus.*

De aldea en aldea. *Pagatim.*

Aldeano. *Paganus, rusticus, vicanus.*

Cosa de aldea. *Rusticus, a, um. rusticanus.*

Al derredor. *In orbem circum.*

Andar al derredor. *Circumire.*

Lleuar al derredor. *Circumferre, circumgestare.*

Al dia de oy. *Nunc; hac tempestate, his nostris temporibus, his diebus.*

Alegar en drecho. *Ex iure agere.*

Alegar razones. *Rationes, vel causas dare, afferre, proferre.*

Alegar, o citar autor. *Alicuius sententiæ auctorem testari aliquem, alicuius auctoritate sententiam cõfirmare, auctorem sententiæ citare aliquem.*

Alegrarse. *Lætor, aris. gaudeo, exulto.* * *Gaudio compleri, tripudiare, præ nimio gaudio gestire, pasci voluptate nõ parua. His pascor, his delector, his perfruor. capere, recipere, aurire lætitiã incredibilem. frui, perfrui, affici voluptate nimia. cumulari, & perfundi gaudio. hilaritate repleri.*

Alegria. *Lætitia, æ. hilaritas, atis. iucunditas, alacritas.*

Grãde alegria me dierõ vuestras cartas *Ex tuis literis maximam cepi lætitiã accepi, percepi, suscepi, hausi. Tuæ literæ magna me lætiti extulerunt; magnã mihi lætitiam, gaudiũ, voluptatem, iucunditatem, delectationẽ attulerũt; magna me lætitia affecerũt, voluptate perfuderũt. Lectis tuis literis, exultaui gaudio incessi repente omnibus lætitiis. Iucundissimæ mihi fuerunt tuæ literæ. Vide* Cartas.

Al-

Alegre. *Lætus, a, um.* * *Alacer, hilaris, hilarus, Terentius.*
Alegrar a otro. *Lætifico, as. lætitiã alicui dare.* * *Hilarare, exhilarare.*
Alegremẽte. *Læte, hilare.* * *hilari, læto vultu, serena fronte, lætanti animo.*
Alegria, o jonjoli. *Sesamum, i.*
Alentar. *Animum erigere, respirare.*
Alerto. *Erecto esse animo.*
Alexarse. *Longe abire. longius ab vrbe discedere. longo interuallo recedere.*
Alfalfa. *Medica, æ.*
Alferez. *Signifer, eri. antesignanus, i.*
Alfenique. *Pinedia, arum.*
Alfiler. *Acicula, æ.*
Alfiletero. *Qui aciculas conficit.*
Al fin. *Ad extremum.*
Al fin del año. *Sub finẽ anni eunte anno, exacto prope anno. vel mense.*
Al fin de la carta. *Extrema epistola.*
Al fin del libro llegò. *Terram video.*
Al fin se canta la gloria. *Exitus acta probat.*
Al fin, al fin. *Tandem, tandem.*
Alforja. *Mantica, æ.*
Ninguno vè sus faltas. *Mantica atergo.*
Alforça de vestido. *Sinus, us.*
Algiue. *Cisterna, æ.*
Algiue, prision de animales del campo. *Ergastulum, i.*
Algalia. *Zibetum, i.*
Algarrouas. *Siliquæ.*
Alguina. *Cloaca, æ.*
Algo. *Aliquid.*
Algodon. *Gossypium, ij. xilinum linum.*
Alguazil. *Accensus, i.*
Alguna vez. *Aliquando, nonnumquam.*
Algunas vezes. *Aliquoties, interdum.*
Alguno, o alguien. *Aliquis, qua, quod, quispiam, nonnullus, vllus.*
Algunos en numero. *Aliquot.*
Algo grossero. *Subagrestis.*
Algo triste. *Subtristis.*
Algo pesado. *Subgrauis.*
Algo desabrido. *Subinsulsus.*
Algun poco. *Aliquantulum, aliquantisper.*
Alhaja. *Supellex, ilis.*
Alhacena. *Riscus, ci.*
Alheña. *Ligustrum.*
Alheli. *Viola alba.*
Alholuas. *Fœnum Græcum.*
Alholi, o troxe. *Granarium, ij.*
Alhombra. *Tapes, etis; tapetum, i.*
Alhondiga. *Horreum publicũ; cella, æ.*
Aliança. *Fœdus, eris.*
Aliarse con otro. *Fœdus facere, pangere.*
Aliado. *Fœderatus.*
Aliento. *Halitus, us. anhelitus, us. Vide* Espiritu. * Tomar aliento. *Ducere, haurire spiritum. ducere animam.*
Alimentar. *Alo, is.*
Alimento. *Alimentum, i.*
Alimpiar. *Tergo, is. mundo, as.*
Alimpiar el alma del pecado. *Expio, as, pio, as.*
Alindar vna heredad cõ otras. *Ager finitimus; ager confinis.*
Alindar, poner lindes. *Finire, definire agros.*
Aliñado. *Homo elegans, homo compositus decenti, & eleganti ornatu: eleganter, ac decẽter compositus.* * *Nitidus, vir comptus.*
Aliño. *Elegantia, ornatus decens, & elegans.*
Aliñar, o componer bien algo. *Apto, as. comparo, compono.*
Aljofar menudo. *Margarita, æ.*
Aljofar granado. *Vnio, onis.*

Aljonjoli,o alegria. *Sesamum,i.*
Aljuba morisca. *Vestis punica.*
Aliuiar. *Leuo,as. alleuo, subleuo. Leuefacio, lenio, mitigo.*
Con veros se me aliuia el dolor. *Tuo cõspectu meus lenitur dolor, mitigatur, leuatur, extenuatur, minuitur. Vide* Enfermo.
Aliuio. *Leuatio, onis. alleuatio, leuamen, leuamentum, laxamentum, alleuamentum,i.*
Aliuiome de cuydados. *Me omni cura leuauit, liberauit me omni solicitudine. mihi eripuit, deleuit, exhausit omnem soliciti animi mærorem.*
Allà, donde tu estàs. *Istuc.*
Allà, o acullà. *Illuc.*
Allà se lo aya con su herencia. *Sibi habeat hereditatem.*
Allanar. *Explano,as. complano.*
Allegar, o juntar. *Congrego,as, aggrego, cogo, compello; vt, Dispersos homines in vnum locum congregare.*
Allegar al puerto. *Appellere, aplicare nauem ad portum.*
Allegar a algun lugar. *Peruenire, deuenire, venire, accedere ad aliquem locum, vrbem attingere, adire.*
Allegar cerca dela Ciudad. *Aduento, as. appropinquo, as. prope accedere, prope adesse.*
Allegarse. *Accedo, is. adhereo, es. hæreo, es.*
Allegada. *Accessus,us.*
Allegarse al parecer de alguno. *Accedere alicuius sententię, adhęrere, sequi sententiam alicuius, alterius sententiæ suam subscribere.*
Allende desto. *Pręterea, insuper.*
Allende, o de la otra parte. *Trans.*
Alli. *Illic.*

Alma con que viuimos. *Anima,æ.*
Alma, y entendimiento. *Animus, mi. mens, tis.*
Almacen de armas. *Armamentariũ,ij.*
Almacen de azeyte. *Apotheca olearia.*
Almacen de madera. *Pina chotea,æ.*
Almadraua de Atunes. *Cetarium, ij.*
Almagrar. *Rubrica inficere.*
Almario. *Armarium,ij.*
Al medio dia. *Meridiano tempore.*
Dormir la siesta a medio dia. *Somnum meridianum capere.*
Almagre. *Rubrica,æ.*
Almena de muro. *Pinna,æ.*
Almendro, arbol. *Amygdalus,i.*
Almendra, fruto. *Amygdalum,i.*
* Almidon. *Amylum,i.*
Almirante de la mar. *Nauarchus,i.*
Almiuar. *Conditura ex saccaro.*
Almirez. *Mortarium,ij.*
Almodrote de ajos. *Moretum,i.*
Almofrex. *Culcitra,æ.*
Almohada. *Puluinus,i. Puluinar,aris.*
* Almohada para debaxo los pies. *Puluinus suppedaneus.*
Almohada para la cama. *Ceruical,lis.*
Almizcle. *Muscus, i.*
Almohaza. *Strigilis,is.*
Almohazar. *Equum strigili eradere, expolire, extergere.*
Almoneda. *Auctio,onis.*
Hazer almoneda. *Auctionem facere. Constituere bonorum auctionem. Bona sub pręcone subiicere, voci pręconis subiicere. Auctione vẽdere, per præconem vendere. Auctionor, aris.* * Lugar de almoneda. *Locus auctionarius.* * Pregonero de almoneda. *Circulator auctionum.* * El que vende, y pregona. *Auctionans,*

Almoradux. *Sampſuchũ,i.amaracbus,i.*
Almorçar. *Ientaculum ſumere.*
Almuerço. *Ientaculum,i.* * *ſilatum.*
Almorranas. *Ficus,i.*
Almotacen. *Aedilis plebeius.*
Almoxarife. *Portoriorum exactor.*
Almoxarifazgo. *Portorium,ij.*
A lo mas, mas. *Vt ſummum, ad ſummũ, ſummum.*
Alhombra, o repoſtero. *ſtragulum,i.*
Alomenos menos. *Vt minus, vt leuiſſime dicam.*
Alomenos. *Saltem. Quidem.*
A lo que yo alcanço. *Quantum ego cõiicio; quantum aſſequi ratione, quantum coniectura conſequi poſſumus.*
A los primeros encuentros. *Primo impetu, primo congreſſu vel conſpectu.*
Aloxa. *Mulſum, mulſi; aqua mulſa.*
Alojarse. *Diuerſor, aris. diuerto,is.*
Alojamiento. *Diuerſorium, ij.*
Alojar el exercito. *Caſtrametari, caſtra locare, collocare ponere.*
Alojamiento de ſoldados de inuierno. *Hiberna, orum.*
Alojamiento de verano. *Aeſtiua, orũ.*
Al parecer. *Specie.*
Al parecer de todos. *Communi omniũ conſenſu, vna omnium voce, vno ore, cunctis conſentientibus, approbantibus omnibus.*
Alpargatas. *Coactilitij calcei.*
Al paſſo le ſalio. *Occurrit illi obuiam.*
Al paſſo de la muerte. *Fato, morti proximus, iam iam ſpiritum effuſurus extremum. in extremo vitę ſpiritu conſtitutus.*
Alpechin de azeytuna. *Amurca, ę.*
Al pie de la letra. *Ad verbum,*
Al principio. *Initio principio.*
Al principio del eſtio. *Ineunte æſtate.*
Alquerque. *Calculorum ludus.*
Alquilar, tomar alquilado. *Conduco, is.*
Alquilar, o dar alquilado. *Loco, as.*
Alquiler. *Conductio, onis.*
El que alquila. *Conductor, oris.*
Alquitran. *Bitumen Babylonium. Naptha nigra.*
Alquizer moriſco. *Lagum punicum.*
Al reues lo hazes todo. *Pręposteris vteris conſiliis, facis omnia pręposte re, contra quam debes.*
Al reues recitò muchos verſos. *Multa carmina inuerſo ordine recitauit, incipiens a poſtremo ad primum.*
Al reues ſoys hecho. *Homo es præpoſterus, ac peruerſus.*
Al reues delo q̃ pẽſaua ſucedio el negocio. *Aliter accidit res vt putabã, vt opinabar; res euenit, cecidit pręter ſpem. præter opinionem expectationẽ. Exitum res habuit alienum a mea voluntate; res non eſt adepta, nacta, ſortita, conſecuta euentum optatum, exoptatum expetitum. Varij rerum caſus ſpem cogitationemq; meam fefellerũt.*
Al ſereno. *Sub dio.*
* Coſa alta, ſecreta, y remontada. *Altiſsima, maior quam occultiſsima, abſtruſa, detruſa, recondita, abdita res, de qua adhuc nobis tenebræ ſunt.*
Alta mar. *Altum,i.*
Altamente. *Alte, excelſe.*
Altar. *Altare,is. Ara,æ.*
Alterar, o alborotar. *Perturbo. as. cõmoueo, concito, as.*
Alterarſe. *Commoueri, perturbari animum alicuius; declinare, demigrare de ſtatu.*
Alteraciõ. *Perturbatio, onis. metus, us.*
Altercar. *Altercor, aris. contendo, is.*

Alter-

Altercacion. *Altercatio, onis. concertatio, contentio.*

Alteza de animo. *Celsitas animi, & magnitudo, excelsitas.*

Alteza de estado. *Excelsus honoris, ac dignitatis locus.*

Altiuez. *Elatio, onis.*

Altiuo. *Elatus.*

Altiuo es este hōbre. *Homo est superbus, insolens, elatus, arrogantia, & elatione inflatus. vir est immoderati spiritus, animi insolentis, magnificę, & gloriosę ostentionis. tumidis superbię fluctibus agitatus.*

Altiuamente. *Elate.*

Alto. *Celsus, excelsus, sublimis, pręcelsus, summus.*

Alto vays. *Nimis contendis vocem. Dicis nimis contenta voce.*

Por alto se me passā estas cosas. *Altiora hęc sunt, quam vt ego obtusa ingenij acie suspicere possim. Hęc ingeniolum meum non capit. Non ego hęc capio, nō percipio. Meum captum hęc excedunt.*

Alto va el Predicador. *Dicit nihil humile, nihil mediocre, nihil sumptum de medio: sed omnia pręclara accurata, & exquisita, grandia, sublimia. Est cōcionatoris oratio, verbis, & sententijs, tum ornatissima, tum grauissima, altius exagerata, grandis, & optima, plena singularis doctrinę, atque sapientię.*

Alto arriba. *Contende superius.*

Por alto me echô no me quiso oyr. *Excussis meis rationibus, me reiecit, me audire noluit.*

Alto va ya el Sol. *Curriculo processit iam Sol. Non longe abest a meridie, ad meridiem iam appropinquat.*

Alto va toda via el Sol. *Non multum a meridie deuexus est Sol.*

Altozano. *Prominens locus, locus eminentior.*

Altramuz. *Lupinus, i.*

Altura. *Altitudo, inis. Fastigium, ij.*

Altura de monte. *Iugum, i.*

Alua. *Aurora, æ, matutina, æ. Diluculo, summo mane.*

Aluayalde. *Cerussa, ac, vnde, cerussatus.*

Aluergarse en posada. *Diuersor, aris.*

Aluergueria. *Diuersorium.*

Aluergar a otro. *Accipere aliquem hospitio suscipere.*

Aluedrio. *Arbitrium, ij. arbitratus, us.*

Aluo, encendido. *Candens, tis.*

Alludir. *Alludo, is.*

Alumbrar. *Illustro, as. collustro, illumino, lucem afferre.*

El Sol con su resplandor alumbra todas las cosas. *Sol sua luce cūcta lustrat, & cōpletur. Omnia collustrat res omnes mirifico splendore afficit, illustrat, condecorat. lumen rebus omnibus adfert, adhibet; illuminat omnes res clarissima luce.*

Alumbrar a otro yendo delante. *Lumen praferre, facem praferre.*

Alumbre piedra. *Alumen, inis.*

A ante M.

Ama que da leche al niño. *Nutrix, cis. Alumna, æ.*

Ama, o casera. *Famula, æ.*

Ama, o señora. *Hera, æ.*

Amable. *Amabilis, e.*

Amablemente. *Amabiliter.*

Amador. *Amator, oris. studiosus alicuius rei.*

Amado. *Carus, iucundus.*

Amagar. *Minor, aris. minitor, aris.*

Am-

Amamantar. *Lacte infantem nutrire, alere.*

* Amancebado,amigado. *Implicatus amore nefario, pellicatum esse, concubinus.*

Amancebada,o amiga. *Pellex,cis. cōcubina,ę. pellica,ę.*

* Amancebamiento. *Concubinatus, pellicatus.*

Amanecer. *Lucescit,albescit dies. dies appetit. sol exoritur, aduertat dies, adest,lux apparet, dies aduenit.*

A manera de bestias. *More,ritu pecudum.*

A manera de esclauo. *Seruilem in modum.Seruorum more cruciauit.*

A mano està todo. *Omnia sunt promptissima, & expeditissima. Sunt ad manum.*

A mano derecha. *Dextera,a! dexterā.*

A mano yzquierda. *Lęua,ad lęuam.*

A manos llenas. *Plena manu. Large, copiosissime.*

Amansar fieras. *Mansuefacio,is. Feras mansuetas reddere.*

Amansar el que està enojado. *Iratum alicuius animum mitigare, mitiorem reddere, facere,lenire, placare, sedare, flectere, demulcere.* Mollire Pacare,ad māsuetudinem,vel lenitatem reuocare,vel traducere.*

Amapola. *Papauer erraticum.*

Amar. *Amo,as.diligo,is. deamo,as. adamo,as. Peramo,as.*

* Amar mucho,tener aficion. *Amare mirifice,valde vnice diligere colere, complecti, prosequi amore incredibili aliquem.Ferre, gestare,tenere in oculis. Mihi ante oculos dies, noctesque versaris. Es mihi in amoribus; mihi hęres in medullis; amo te plurimum omnibus de causis,& maximis; complexus sum cogitatione, te absentem. Tulliola nostrę delitię.*

* Tiene amor a la virtud. *Ardet, inceditur, inflammatur, flagrat, tenetur, capitur, trahitur amore virtutis, ducitur studio, vel splendore virtutis.*

Mucho es lo que os aman todos. *Admirabilis est tui nominis charitas,amorque omnium in te singularis. Magna te beneuolentia,& amore cōplectumur.Te omnes tuo merito amāt plurimum.Tui amore flagrant Summo es in amore omnium. Es plane charissimus omnibus.Summo te omnes amore, beneuolentia, studio prosequuntur. Sunt in te omnes magno amore, magno studio. Te omnes charum habent, in deliciis, in amoribus. Ferunt te in oculis. Sunt omnes tui amantissimi, studiosissimi.*

No me amays ya como soliades. *Pristinū illū amorē erga me ex animo eiecisti, abiecisti. Nihil residet in te pristini amoris erga me tui. Arctissima illa pristini amoris, & beneuolentię vincula rupisti. Non mihi eam beneuolentiam pręstas,quam solebas.*

Amoos en estremo. *Te vnice diligo, summo amore complector, ardeo plane amore tui,flagro.*

Amase vno a otro. *Mutuo se amore diligunt;diligunt inter se.*

A marauilla. *Mire, mirifice, mirabiliter.*

Amargura. *Amaror, oris. amaritudo, inis.*

Amargura,o pesar. *Acerbitas,atis.molestia,ę.*

Amargar. *Amaresco,escis.*

Amar-

Amargo. *Amarus,a,um.*
Amargo,no maduro. *Acerbus,a,um.*
Amarillo. *Pallidus,a,um.*
Amarillez. *Pallor,oris.*
Ponerse amarillo. *Palleo,es. expalleo.* * *Pallesco, exalbesco. Pallorem contraho.*
A mas andar vine. *Quam potui maturo gressu,celeri gressu huc me contuli.*
A mas correr. *Concitatissimo cursu, quam celerrimo cursu.*
A mas no poder lo hizo. *Fecit inuitus, paruit necessitati,non libere fecit.*
A mas ver. *Nec alias agemus,cum plus sit otij, erit cum hec vacui liberius agere possimus.*
A mas, y mejor comimos. *Et multitudine,& magnitudine ciborum referti fuimus.*
Amassar. *Massam subigere.*
Amassado està el negocio bien. *Res est quo loco volumus;eo deducta, quo maxime voluimus.*
Ambar. *Succinum,i.Electrum,i.*
Ambicion. *Ambitio,onis.ambitus,us. studium, & cupiditas honoris immoderata.*
Ambicioso. *Ambitiosus; nimis appetens glorie, nimium auidus laudis. Qui honorem omnem aucupatur: omnes vmbras etiam falsæ glorie consectatur. Punctis singulis honorem colligit.*
* *Auidus, appetens,cupidus humane laudis, sitiens splendoris, & gloriæ, splendorem nominis captans, gloriæ stimulis concitatus.*
Ambiciosamente. *Ambitiose.*
Ambigua cosa. *Ambiguus,a,um.*
Ambiguedad. *Ambiguitas,tis.*
Ambos a dos. *Ambo,æ,o.*

Amedrentar. *Deterreo,es.afferre,inferre cui timorem horrorem,afficere aliquem timore metu.*
Amenazar. *Minor, aris, minitor, aris. Proponere alicui minas, iactare. Terrere aliquem minaciter. Clamore,& minis aliquem insequi. Ostentare alicui periculum,intendere.*
Amenazar cayda, o muerte. *Immineo,es.*
Amenazas. *Minæ,arũ. Minitatio,onis. Comminatio. Vide,* Fieros.
Tus amenazas fueron para mi de ningun efeto. *Tuæ minæ nullius mihi momenti fuerunt,nullius ponderis. nihil apud me valuerunt,nihil potuerũt. nihil me cõmouerunt.tuis minis nihil a me impetrare,nihil obtinere potuisti. nihil vnquam consequutus fuisti.*
Amenazador. *Minax,cis.minitans.*
Amenazando. *Minaciter.*
Amenazar cayda el edificio. *Ruinam minari,rimis agere edificium.*
Amenudo. *Sæpe, frequenter.*
Amiento para tirar. *Amentum,i.Vnde amentatæ hastae.*
Amigable. *Affabilis,e.comis.*
Amigablemente. *Amabiliter, amice, beneuole, familiariter.*
Amigo. *Amicus, i. familiaris,necessarius.* * *Beneuolus, beneuolentia coniunctus.*
* Tener muchos amigos. *Amicorum copia florere, multorum familiaritatibus abundare, multos habere sui studiosos,ac amãtes. habere necessitudinem cum multis con[illegible]itutam.*
Es Antonio grande amigo mio. *Est mihi Antonius amicissimus. Mihi cordi est.* * *Vtor illo quam familia-*

rissime; est mihi, vel intercedit cum illo amicitia non vulgaris: est ex meis intimis; maximum mihi vinculum cũ eo est, quasi sanctioris cuiusdã necessitudinis. Mihi cum Antonio omnes necessitudines sunt. Intercedunt plurima inter me, & Antonium summæ coniunctionis, necessitudinis, amicitiæ arctissima vincula; arctissimo necessitudinis vinculo cõiuncti sumus. Amicitia nostra summis ab vtroque officijs diligentissime colitur. Nullum amicitiæ par fuit vnquam coniunctius, quam ego, & Antonius sumus inter nos; mihi cordi est.

Pocos amigos me han quedado. *Magna iam sum amicorũ inopia. Multi ex amicis mihi effluxerunt. Sum ab amicis valde inops. Exiguę mihi sunt amicorum copiæ. Multorum iam amicorum in me studia debilitata, extincta sunt. Multi a me veteres amici desciuerunt, defecerunt. Multi mihi effluxerunt. * Nudus sum, & spoliatus ab amicis.*

Amigo de amigos. *Amicitiarum cultor diligentissimus. Officiosissimus erga amicos.*

Amigo de honra. *Splendoris, & gloriæ cupidus, honoris, & laudis cupiditate flagrans.*

Amigo de buenas letras. *Bonarum artium studiosus.*

Amigo de silencio. *Silentij cultor eximius. Vide*, Callado.

Amigo de renzillas. *Letigiosus concitatus ad rixam.*

Amigo de plazeres. *Voluptatibus deditus.*

Amigo de liuiandades. *Ludricis inanibusque rebus addictus.*

Amigo de comprar. *Emax, cis.*

Amilanarse. *Animum demittere, contrahere; timido esse animo.*

A mi parecer. *Vt opinor, vt mea fert sententia, vt ego sentio. Vide* Parecer.

Amistad. *Amicitia, æ. * Familiaritas; animorum summa coniunctio, necessitudo. * Beneuolentia, ę.*

Ha trauado amistad cõ muchos. *Necessitudinem cum multis cõstituit, constitutam habet. Multorum sibi necessitudines adiunxit. Amicitias multorum comparauit. In multorum amicitiam venit. Se in multorum familiaritatem penitus dedit. In multorũ se consuetudinem immersit. Ad multorum se familiaritatem applicuit. Multos sibi amicitia, deuinxit. Multos sibi amicos conciliauit. Cum multis amicitiam iunxit, contraxit.*

* Grangearse nueua amistad. *Nouam coniunctionem, vel beneuolentiam, conciliare.*

* Dexar la amistad antigua. *Dirimere veterem coniunctionem.*

Dessear la amistad de alguno. *Gratiam alicuius aucupari. Sensim in alicuius amicitiam adrepere. In alicuius se consuetudinem, amicitiam, gratiam insinuare. Coniunctionis, & amicitiæ vincula cum aliquo optare. Cupere in alicuius amicitiam recipi.*

Deshazer la amistad. *Amicitiam dissoluere, fundere, funditus, euertere, opprimere, disciudere, disrũpere amicitiam. Dissociare amicitiam, dissuere, pracidere, penitus tollere. * Extinguere familiaritatem tollere amicitiæ nodum amabilissimum, violare amicitiam, vel familiaritatem, deserere*

rere ius amicitię, amicis deesse necessitudinis iura frangere.

Siẽpre hemos conseruado nuestra amistad. *Nihil est de nostra coniũctione diminutum. In amicitia perpetuo permansimus. Nunquam nostra a nobis amicitia violata est. Amicitiam mutuo retinuimus, conseruauimus. A nobis amicitia culta semper est diligentissime.*

* Procurauan ponerte en mal cõmigo, enemistarte conmigo. *Conabantur alienare a te voluntatem meam. Te a me alienare; me immutare tibi.*

Huelgome que dexados los enojos boluays en la amistad de Pedro. *Gaudeo, te depositis offensionibus, in gratiam cum Petro rediisse: obliteratis offensionibus, in mutuam gratiam, concordiamq; rediisse. Inter te ac Petrum redintegratam esse gratiam. Te ac Petrum ad mutuam concordiam, & beneuolentiam esse reuocatos, esse traductos, odio veteri extincto. In mutuam gratiam esse restitutos, ad pacem, & mutuam beneuolentiam. Tuus cum Petro reditus in gratiam iucundissimus mihi fuit, Lętor te, ac Petrum dextras tandẽ iunxisse. Voluntatem, & gratiam mutuo inter vos reconciliasse. * Odium amore commutasse.*

Querria que me boluiessedes a la amistad de vuestro hermano. *Velim me fratri tuo recõcilies: in fratris gratiam reducas, restituas. Velim facias, in suam me tuus frater gratiam recipiat; me fratri tuo amicum reddas.*

Amo que cria el niño. *Nutritius, ij.*

Amo, o señor. *Dominus, i. herus, i.*

A modo de tyrano. *Instar tyranni. Tyranno similis. Non longe secus ac tyrannus.*

A modo de comedia. *Comice.*

A modo de tragedia. *Tragice.*

Amodorrido. *Veternosus; veterno oppressus, captus, arctissimo somno oppressus.*

Amojonar las tierras. *Sationum iugera finire, finibus terminare.*

El q̃ pone el limite. *Finitor, oris.*

Amolar. *Acuo, is. exacuo, is.*

Amonestar. *Moneo, es. admoneo, commoneo, suadeo; hortor, aris. adhortor; commonefacio.*

* Yo te amonesto, que enmiendes essa tu ruyn costumbre. *Te hortor, vt istam vitiosam consuetudinem emendes.*

Amonestacion. *Monitio, onis. admonitio; monitum, i. admonitus, us.*

Amonestador. *Monitor, oris. admonitor, hortator.*

Amontonar. *Cumulo, as. accumulo; construo, is. coacerno, as. congero, is. Vt, aurum accumulare; innumerabilem pecuniam congerere.*

Pocas vezes se amõtonan muchas riquezas con buena conciencia. *Raro ingentes opes honestis rationibus comparantur, congeruntur. Vix magni diuitiarum cumuli bonis artibus extruuntur, maximi auri, argentique aceraui nunquam fere honeste colliguntur. Ad maximas diuitias, paucis annis venire nemo optimo iure potest. Opes maximas, & abundantissimas consequi iustis legibus difficillimum est.*

Amontones. *Aceruatim, coaceruatim.*

Amor.

Amor. *Amor,oris.beneuolentia,æ.*

No me pagays el amor que os tengo. *Non mihi in amore respondes. Non mihi beneuolentiam pręстas quã amori debes erga te meo. Non pari beneuolentia es in me, atque ego in te sum. Te amore, & beneuolentia longe superior sum, longe vinco. Amorem tuum inferiorem esse meo, infra meum esse, non esse cum meo conferendum, multis rebus ostendis. Non me tibi ęque carum esse. ac tu mihi es: minus in te amoris residere erga me, quam par esset; non te animatum esse in me ęque, atq; ego in te sum, plane ostendis. Beneuolentiam in te meam non imitaris.*

Tiene grande amor a la virtud. *Flagrat amore virtutis. Virtus illi cordi est. Ardentes in illius animo amores virtutis dignitas, & pulchritudo excitauit sui. In vno virtutis amore conquiescit. Mirifice amat virtutem pręter cętera omnia.*

Amor a los ciudadanos, y patria. *Charitas,tis.amor.*

Amor a Dios, y a los padres. *Pietas, atis.*

Amor,o aficion a las letras. *Studium, ij. Voluntas,atis,animi propensio.*

Amoroso. *Beneuolus,a,um.*

Amorosas cartas. *Litterę suauissimæ, amoris,humanitatis plenissimæ.*

Amorosamente. *Beneuole, amice, comiter.*

Amortajado. *Corpus linteo inuolutum, insutum linteo; linteatum corpus.*

Amortecido. *Exanimatus. semimortuus.*

Amortecerse. *Exanimor,aris. Animo deficere. In exanimationem incidere.*

Amortecimiento. *Exanimatio,nis.*

Amortiguar. *Macero,as.*

* Amotinarse. *Dare, facere, commouere turbas; excitare, concitare tumultus; conflare seditionem in exercitu. Perturbare tranquillum Reipublicæ statum seditionibus. Seditionibus omnia permiscere. Vide,* Alborotar.

Amparo,o defensa. *Præsidium,ij protectio,tutela,defensio propugnatio salutis,ac dignitatis.*

Amparo, o acogida. *Perfugium, ij. Asylum,i.*

Amparar. *Protego,is.defendo,is.tueor, eris.tutor,aris.*

* Yo te suplico quan encarecidamente puedo, recojas a este debaxo de tu amparo. *Peto a te maiorẽ in modum, vt hunc hominem in tuam clientelam recipias. Vt te exhibeas, prabeas huic homini salutis autorem, acerrimum, & constantissimum defensorem, propugnatorem. Vt huius hominis defensionem, patrociniumque suscipias. vt acerrime pro tanti viri fama dignitate, ac gloria defendenda, tuenda conseruandaque propugnes.*

Vengo a q̃ me ampareys. *In tuã me fidem confero. Ad te confugio, vt meam salutem tuo præsidio tegas; me in tuam fidem accipias, recipias.*

Ampolla. *Ampulla,ę.*

A muchos dias. *Abhinc multis diebus.*

A ante N.

Anade. *Anas,tis.* * *Querquedula,æ.*

Anales. *Annales,ium.*

Anca del muslo. *Coxendis,cis.*

Anciano. *Senex,nis. senior.*

Ancianía. *Senectus,tis.*

Ancho. *Latus,a,um.amplus,a,um.*

Ancho se ha assentado. *Laxe sedit, angusle, estrecho.*

Anchoua. *Halecula, a.*

Anchor. *Latitudo, inis.*

Anchura. *Laxitas domus, amplitudo, latitudo.*

Anchamente. *Late, laxe viuere, ample habitare.*

Anchuroso. *Spatiosus, amplus satis.*

Anchuras, viue a sus anchuras. *Otiosa libertate fruitur. arbitratu suo viuit. suam in rebus omnibus voluntatem, & arbitrium sequitur.*

Ancora. *Anchora, æ.*

Echar las ancoras. *Iacere anchoras, firmare, sistere nauem anchora.*

Quitar las ancoras. *Tollere anchoras*. Cortarlas. *Præcidere anchoras.*

Andar. *Ambulo, as. Gradior, eris. Gradum facio.*

Andar en algun lugar. *Inambulo, as. deambulo, as. versor, aris.*

Andar con otro. *Congredior, eris.*

No ay hombre que quiera andar con vos. *Omnes aditum, cogressum, sermonem tuum fugiunt. Nemo est, qui velit se tecum sermone, & cogressu coniungere: qui te sua congressione dignum putet.*

Andar muy despacio. *Tarditatibus vti in ingressu mollioribus. Tarde incedere.*

Andar muy apriessa. *Nimis festinare, properare, accelerare, celerare. Nimias celeritates suscipere.*

Andar por delante alguna cosa. *Obambulo, as.*

Andar delãte de otro, o yr. *Antegredior, antecedo, is. Prægredior, eris.*

Andar por diuersas partes. *Peragro, as. Peregrinor, aris. Obeo, is. Lustro, as.*

Andar errado en el camino. *Erro, as. Deerro, as. Aberro, as.*

Andar en rededor. *Circumeo, is.*

Andar vagueando. *Vagor, aris.* * *Diuagari, dilatari toto foro, vrbe, orbe; concursare per totam ciuitatem.*

Andar con recato. *Cauere omnia.*

Andar a niuel. *Ad lineam ferri.*

Andar con el tiempo. *Seruire, inseruire tempori.*

Andar a ciegas. *Allucinor, aris.*

Andar hecho vn loco. *Insanire, furere, insania morbo laborare.*

Andar hecho vn picaro. *Sordidis pannis obsitum incedere.*

Andador, o muñidor. *Nomenclator, oris. Monitor, oris.*

* Andrajoso. *Vide*, Vestido.

Andas de muertos. *Feretrum, i.*

Andas do se lleuan las imagenes. *Thensæ, arum. Fercula, orum.*

Anegar. *Mergo, is. submergo, immergo, demergo, obruo, is. vt: Mergere aliquẽ in aquam.*

Anegarse la nao. *Nauem æstu absorberi; naufragium facere, deprimi.* * *Mergi, suboorui, mergi fluctibus, vel vndarum agitatione.*

Anegar los campos el rio. *Inundo, as.*

Angel bueno. *Angelus, i. nuncius, i. genius bonus.*

Angel malo, o demonio. *Cacodæmon, onis. Genius malus.*

Angosto, o estrecho. *Angustus, a, um. arctus.* Vnde, *Angustæ.*

Angostar, o estrechar. *Arcto, as. coarcto, as.*

Angostura. *Angustiæ, arum.* (*lor.*

Angustia del animo. *Angor animi, do-*

Anguſtiar. *Ango, is.*

Anhelito. *Halitus, us. anhelitus, us. Spiritus, us.*

Anidar, hazer nido. *Fingere, & conſtruere nidos.*

Anillo. *Anulus, i.*

El oficial. *Anularius.*

Animal. *Animal, is. animans, tis.*

Animal bruto. *Muta beſtia.*

Animalejo. *Beſtiola, æ.*

Anima. *Anima, æ, animus, i.*

Animar. *Animo, as.*

Vos me animaſtes con vueſtras palabras. *Meũ animum oratione tua confirmaſti, firmiorem feciſti. Tua me oratio contra omnes fortunę impetus armauit. Cunctantem me ac timidum excitaſti. Mollem animũ meum oratione tua corroboraſti; animum mihi dediſti. Multum animi attuliſti, meũ animum crexiſti. Tua confirmatione roboraſti, auxiſti. Ex oratione tua mihi animus acceſſit, ingentem animum ſuſcepi.*

Animarſe. *Bono animo eſſe erigere ſeſe, confirmare animum, colligere, reuocare animos.*

Animo. *Animus.*

* Darle a vno animo. *Dare alienĩ animum. Addere, facere animos cuĩ homini, firmiorem animum alicuius reddere diffidentem erigere, dimiſſum ſubleuare, confirmare languentem.*

* Tener poco animo. *Fracto animo & demiſſo eſſe; abiectiore animo, & anguſto eſſe.*

Buen animo tenemos. *Animo forti, magnoque ſumus. Pręſens nobis animus eſt. Stamus animis; multum anĩmi habemus, ſatis animi. Erecto, & confirmato animo ſumus.*

Aqui es meneſter que moſtreys vueſtro animo. *Hic animi tui præſtantiam, fortitudinem, excellentiam, vim, robur, magnitudinem, conſtantiam, altitudinem oſtendas oportet. Quam ſis forti animo, & excellenti præditus.*

Eſſo es de poco animo. *Id puſilli animi eſt, ieiuni, atque nimis anguſti, humilis, abiecti, mollis, demiſſi, enervati. Id niſi in abiectum, ac puſillum animum non cadit.*

Siento grande quietud en mi animo. *Tranquillo ſum animo. Summa fruor trãquillitate animi. Vacat meus animus omni cura, ac ſolicitudine. Vacuus eſt, ab omni cura procul abeſt. Magna ſum ęquitate animi. Aequo animo ſum, ſoluto, ac libero. Eſt animi mei ſtatus ſatis tranquillus. Se ipſo animus meus tranquille fruitur.*

Mucho ha q̃ espero carta vuestra. *Iam diu a te literas expecto, auide expecto. In summa sum expectatione literarum tuarum. Iam diu à te mihi literarum ne literam quidẽ accepi. Longam fecisti intercapedinem scribendi ad nos. Desidero,requiro tã diu tuas literas. Officium a te literarum desidero. Tam longum, tam diuturnum tuarum literarum silentium ferre non possum.In maximo sum tuarum literarum desiderio.*

Dieronme mucho gusto vuestras cartas. *Tuę literę magnę mihi voluptati fuerunt;summam voluptatem attulerunt, nescio quid voluptatis, & suauitatis animo instillarunt meo: fuerunt mihi iucundissime. Magnam mihi lętitiam, gaudium iucunditatem attulerunt. Magna me lætitia affecerunt,extulerunt. Magna perfunderunt voluptate. Vide.* Alegria.

Dieronme pena vuestras cartas. *Vide.* Lastimar.

Dos cartas me aueys embiado q̃ contenian vna mesma cosa. *Bis eodem exemplo ad me scripsisti, binas a te epistolas habeo,ijsdem omnino sententijs verbisq; conscriptas: quarum vnum, atque idem & sententijs, & verbis argumentum est;qua eadẽ omnino, iisdem verbis continent.*

Embio-

Embiome vnas cartas muy graciosas. *Literas ad me misit asperas humanitatis sale; facetas, & vrbanas, facetiis, salibus plenas, vrbanitate, ac iocis suauissimas, festiuas, ac suauitatis plenas.*

Escriuiome muy enojado. *Acres ad me literas misit, ardentes, plenas stomachi, & querelarum. Stomachose, iracunde ad me scripsit. Dentatas, aculeatas literas ad me misit, stomachosiores.*

Abriò el mensajero las cartas. *Tabellarius epistolarum linum incidit, literas aperuit, resignauit, soluit epistolam.*

Poned mi carta en vuestro pliego. *Meas literas in tuum fasciculum coniice, adde in tuum fasciculum. Meas literas cum tuis eodem fasciculo mittendas curabis. Meam epistolam cum tuis literis coniuges.*

Oy me han venido cartas de mi padre. *Hodie literæ mihi a parente redditæ sunt, allatæ sunt. Accepi a parente meo literas, recepi. Habeo a parente meo literas.*

No trahia fecha vuestra carta. *In tua epistola dies nõ erat adscripta. Quo die epistolam scripseris, non addidisti. Non subscripsisti tuis literis diem.*

Cartas amorosas. *Vide* Amoroso.

Cartas asperas. *Aculeatæ literæ. Vide* Lastimar.

Cartas de fauor. *Literę cõmendatitiæ.*

Cartas frescas. *Recentissimę literæ.*

Carta graue. *Epistola grauissimis verbis sententiisque plena.*

Cartas sin substancia. *Inanes literę.*

Carta poco limada. *Epistola plena festinationis, & pulueris: parum limata.*

Carta de marear. *Nauicularia, æ.*

Carta de pago. *Schedula, qua fatemur, nobis pecuniam esse solutam.*

* La Cartilla. *Abecedaria tabella.*

Cartapacio. *Codex, cis.*

Cartero. *Tabellarius, ij.*

Cartagena. *Cartago, inis.*

Cartabon. *Norma, æ.*

Cartel. *Vide* Cedula.

Casa. *Domus, us, ædes, ium. domicilium.*

Sobranos casa. *Laxe habitamus. Magna domus pars, vacua est; vacat: multo plures hæc domus habitatores capere potest. Est in nostris ædibus, pluribus alijs habitatio satis commoda.*

Casa real. *Basilica, æ.*

Casa, o familia principal. *Natio, onis.*

Casa de moneda. *Argentaria, æ.*

Casarse el hombre. *Ducere vxorem, ducere in matrimonium.*

Casarse la muger. *Nubo, is.*

Casò vuestra hermana con hombre muy principal. *Vir clarissimus sororem tuam vxorem duxit: in matrimonio habet. Viri nobilissimi soror tua matrimonium tenet. In matrimoniũ viri clarissimi collocata, locata est. Nupsit viro clarissimo.*

Casado. *Constrictus vxore.*

Casado, o casada. *Coniux, gis.*

Casadera donzella. *Nubilis virgo.*

Casar hija. *Locare filiam nuptijs. Locare filiam in matrimonio. collocare.*

Casamiento. *Connubium, ij. coniugiũ, ij. Matrimonium, ij.*

Cascajo de arena, o pedreçuelas. *Glarea, æ.*

Cascara como de hueuo. *Crusta, æ.*

Cascaras, o mondaduras. *Putamen, is.*

Casco de vaso quebrado. *Testa, æ.*

Case-

Casero de casa. *Domesticus,a,um.*
Casero que mora en casa agena. *Inquilinus.*
Casi aduerbio. *Prope, fere, circiter.*
Caso. *Casus,us.*
Fue a caso. *Forte accidit. Casu accidit. Ita fors, ita fortuna, ita casus tulit*
No haze al caso. *Parum refert. Nihil, aut minimum quidem interest. Non magnopere, non multum interest. Nihil ad rem pertinet.*
Que haze al caso. *Quid interest, aut refert. Vide* Importar.
Casilla pagiza. *Tugurium,ij. casa,æ.*
Caspa de cabeça. *Furfures capitis.*
Casquete de cuero. *Cudo,onis.*
Casquete de hierro. *Cassis,idis.*
Casquillo de saeta. *Spiculum,i.*
Casta,o linaje. *Genus, eris.*
Casta cosa. *Castus,a,um. pudicus, integer*
Castamente. *Caste, pudice.*
Castidad. *Castitas, tis. castimonia. æ.* * *Pudicitia, integritas, puritas.*
Hazer voto de castidad. *Facere, emittere castitatis votũ. vouere, deuouere se Deo, consecrare castitatẽ Deo.*
Casto hõbre. *Vir castus. pudicus. Castissima, & purissima vita homo. Castitatis, & pudicitiæ laude clarissim⁹. Præclarissimum castitatis exemplar. summa integritate præditus. integer, & honestus in omnibus vitæ partibus.*
Castaña,o castaño. *Castanea, æ.*
Castañetas dadas con los dedos. *Digitorum crepitus.*
Castigo. *Supplicium,ij. pœna,æ.*
Castigar. *Punire, castigare, plectere, supplicio, pœna afficere aliquem. Graui pœna mulctare. Supplicium de aliquo sumere. Animaduertere in aliquem. Seuere, ac vehementer in aliquem vindicare. Pœnas ab aliquo petere, poscere, sumere, repetere.*
* Señalar castigo. *Cõstituere, statuere, proponere impio pœnam, suppliciũ, animaduersionem grauissimam.*
El será muy bien castigado por su atreuimiẽto. *Audaciæ suæ pœnas dabit. pœnas feret, pendet, dependet, sustinebit, subibit, sufferet, persoluet, pœnas audacia sua dignas, meritas luet pœnas.* * *Suscipiet, luet, soluet, expendet.*
No se yrà sin castigo. *Non impune abibit, discedet. Non impunitum, non inultum abire patiemur. Non tãta iniuria impunita discedet. Non impune feret. non impunitum, non inultũ illum dimittemus. impunitatem a nobis non assequetur. Non redibit impunis (vt ait Solinus.)*
Castigaronme con el doblo. *Dupli pœnam subiui.*
Castigo con varas. *Fustuarium, ij.*
Castigador. *Punitor, oris. animaduersor.*
Castillo. *Castellum,i.*
Castrado hõbre. *Eunuchus,i. Euiratus.*
Castrado animal. *Exectus, castratus, a, um.*
Catar,o prouar de algo. *Degusto,as.*
* Cataracta de ojos. *Nubecula in oculis.*
Cathedra. *Cathedra,æ.*
Catorze. *Quatuordecim.*
Catorzeno. *Quartus decimus.*
Catorze vezes. *Quater decies.*
Caua. *Fossa,æ.*
Caualgar. *In equum ascendere.*
Cauallero. *Eques,tis.*
Caualgadura. *Quadrupes, dis.*
Cauallo. *Equus,i.*

* Ca-

* Cauallo de silla. *Ephippiarius equus.*
* Cauallos de alquiler. *Equi meritorij.*
* Cauallo que anda llano. *Equus gradarius.* * Que anda al trote, *Equus subuersor.*
* Cauallos ginetes. *Celeres equi, desultorij.*
* Cauallo emparamẽtado. *Ephippiat' equus.* * Encobertado. *Cataphract'.* * Andar a cauallo. *Equitare. Equo vehi. In equo sedere. In equo vehi.*

Cauallejo del tejado. *Summum tecti, aquarum diuortium in tecto.*

Cauallo para casta. *Equus emissarius.*

Cauallo ligero, o de posta. *Equus celer.* * *Veredus, i.*

Cauallerizo. *Equorum praefectus.*

Cauar sacando tierra. *Effodio, is.*

Cauadura. *Fossio, onis.*

Cauar dolando. *Cauo, as. excauo.*

Cauar en piedra, o madera. *Excauo, as*

Caudal, o dinero. *Pecunia, ae. Ratio numaria. Pecullium, i.*

Caudillo. *Dux, cis.*

Cauletras. *Literae maiusculae versales.*

Cauerna. *Cauerna, ę.*

No ay causa porque esteys triste. *Non est cur mareas. Non habes, quod doleas. Nullam meroris, nullam tristitiae, nullam luctus causam iustam habes. Non est tibi vila marendi causa.*

Dios es la causa de todos nuestros bienes. *Deus Optimus Max. bonorum omnium causa, fons est, & origo: bonorum omnium auctor. Ab illo bona omnia tanquam a perenni fonte fluxerunt, atque manarunt. Ab illo profecta sunt. Initium principium ab illo vno deduxerunt. Illi bona omnia accepta ferri debent.*

La virtud es causa de muchos bienes. *Causa, semen, stirps, radix bonorũ omniũ virtus, malorũ omniũ auaritia.*

Causa, o controuersia. *Hypothesis, is. lis, controuersia.*

Sin causa. *Immerito, iniuria.*

No sin causa. *Non temere, & absq. consilio, non abs re, non sine causa, non immerito, non iniuria.*

Causas eficientes. *Res efficientes.*

Causas contingentes. *Causae fortuitae. antegressę.*

Causas concurrentes. *Causę adiuuantes.*

Causar. *Efficio, is.*

Causar temor. *Facere timorem alicui, afferre, incutere.*

Causar admiracion. *Vide* Admiracion.

Causar duda. *Adducere quẽ in magnã dubitationem, dubium facere, reddere alicuius animum. Hoc affert, parit, iniicit dubitationem vel maximam.*

Causar feruor a alguno. *Incendere, inflammare alicuius animum.*

Causar pena a otro. *Molestũ esse alicui, afferre, parere exhibere cui molestiã.*

Vuestra desdicha me causa pena. *Aduersa qua opprimeris fortuna acerbissimum mihi dolorẽ incutit, adfert, commouet, tuo infortunio doleo, grauissimo dolore afficior, quę te vexat infaelicitas anxium me, solicitumq; tenet te aduersis rebus affligi grauiter molesteq; fero.*

Causar sospecha. *Dare cui suspicionẽ, dare suspicioni locum materiam.*

Cauteloso. *Veteratorius, a, um.*

Cautela. *Cautio, onis.*

Cauterio. *Carnis exustio.*

Cautiuerio, o seruidũbre. *Seruitus, tis*

Cau-

Cautiuo. *Captiuus, a, um.*

Cautiuar. *Capio, is. In seruitutem aliquem dare, tradere, abducere, abripere, redigere, trudere.*

Mucho ha que estoy cautiuo. *Iam diu in seruitute sum, seruitute premor, durissimo seruitutis iugo premor. In dira tyrannide sum.*

Ya salimos de cautiuerio. *Iam seruitutis iugum repulimus. Graue seruitutis iugum a nostris ceruicibus reiecimus. A seruitute in libertatẽ vindicati sumus. Ex diuturna seruitute, caræ libertatis luce recreati tandem sumus. Dirã tyrannidem, seruitutem, diuino beneficio repulimus.*

Cauto. *Cautus, prouidus, a, um.*

Caxa. *Capsa, æ. capsula, æ.*

Caxon, o escritorio. *Scrinium, ij.*

Caxa de escriuanias. *Theca calamorũ.*

Caxa pequeña. *Theca, æ.*

Caxa de guerra. *Tympanum, i.*

Cayado. *Baculus, i. baculum, i.*

Cazcarrias. *Quisquiliæ, arum.*

çabullir. *Mergo, is. submergo, immergo, is.*

çacear. *Balbutio, tis.*

çaço. *Balbus, a, um. blæsus lingua.*

çaguan. *Atrium, ij.*

çaherir las buenas obras. *Exprobare beneficia, aut officia alicui commemorare.*

çahurda, o pocilga, *Hara, æ.*

çahumerio. *Suffimentum, i.*

çamarra. *Pellis, is.*

çanahoria. *Pastinaca, æ.*

çancadilla. *Supplantatio, nis.*

Dar çancadilla. *Supplantare aliquem obiecto pede aliquem ad casum impellere. * Pede supposito in terram deiicere, crure aliquem implicare, vt prosternatur, vel alicui crus implicare.*

çancajo. *Calx, cis.*

çancajoso. *Qui tibias diuaricatas habet. * Loripes, idis.*

çapato. *Calceus, i.*

Bien me viene el çapato. *Aptus est, habilis, optime conuenit, ad optime conuenit calceus pedi.*

çapatero. *Sutor, oris.*

çapateria. *Sutrina, æ.*

çaquiçami. *Laquear, aris.*

çaraguelles. *Femoralia, ium.*

çaratan. *Carcinoma, atis. cancer, cri.*

çarça. *Rubus, i.*

çarçamora. *Morum rubrum.*

C ante E.

Cebolla. *Cepa, æ.*

Cebollino. *Cepina, æ.*

Cecina. *Caro sale condita.*

* Cecina de vaca. *Bubula salita.*

Cedaço. *Cribrum, i.*

Cedizo, o lacio. *Flaccidus, a, um.*

Cedro. *Cedrus, i.*

Cedula. *Schedula, æ.*

Poner cedulas por los cantones. *Protrepicos libellos publice ponere, in celeberrimis locis figere edicta.*

Cegar a otro. *Cæco, as. obcæco, as. excæco, occæco, cæcum aliquem facere, reddere, efficere, oculis priuare: oculos alicui perstringere.*

Cegar, quedar ciego. *Caligo, as. cæcutio. Oculorum lumine orbari, priuari. * Amittere aspectum, excæcari, obcæcari.*

Cegajoso. *Qui lippitudine laborat; qui lippit. luscus, i.*

Ceja. *Supercilium, ij.*

Celada, o capacete. *Galea, æ.*

Celada de enemigos. *Homines positi*

ti in insidijs.

Celar, o encubrir. *Celo, as. occulo,is. occulto,as.*

Celda. *Cella,æ. cellula,camera,æ.*

Celebrar, festejar. *Celebro,as.concelebro, as.*

Celebrar dia de fiesta. *Diem festum agere,agitare.Diem aliquem in honore apud aliquos esse: sacrum esse alicui Diuo,consecratum,dicatum.*

Celebrar el nacimiento de los Santos. *Natalitia sanctorum celebrare. diem alicuius diui natalem colere.*

Celebre cosa. *Celebris, e. celeberrimus,a,um.*

Celebridad. *Celebritas, tis. celebratio, is.*

Celebro. *Cerebrum,i.*

Celemin. *Modius,i.*

Celestial. *Cœlestis, e.*

Celestiales. *Cœlites,tum.*

Celidonia yerua. *Chelidonia, æ.*

Cementerio. *Cœmenterium,ij.*

Cena. *Cœna,æ.*

* Combidar a vno a cenar. *Inuitare aliquem ad cœnam.*

* Darle a vno de cenar. *Cœnam dare alicui.*

Cenador. *Cœnaculum,i. cœnatio,onis.*

Cenar. *Cœno,as.*

Cenar ya con vnos, ya con otros. *Foris cœnare: cœniculas facere, cœnas obire.*

Cencerro. *Crotalum,i.*

A cencerros atapados. *Obscure. oculte,aliquid facere. Andabatarum more.*

Cendrar metal. *Metallum excoquere, purgare.*

Ceniza. *Cinis,eris.*

Ceniziento. *Cinerus,a,um.*

Ceñir. *Cingo,is.* * *Accingo, is. succingo, is.*

Ceñirse. *Se accingere.*

Ceñidor. *Cingulum,i.*

Ceñudo. *Vide* Encapotado.

Censo, o redito. *Census, us. redditus annuus,census annuus.*

* Cargar censo. *Conferre pecuniã in quæstum, vel in censum.*

Censor. *Censor,oris.*

Censura, o oficio de censor. *Cẽsura,æ.*

Censura, o parecer. *Iudicium,ij.*

Censurar alguna cosa. *Iudicium facere de aliqua re.*

Centella. *Scintilla,æ. scintillula,æ.*

Centellear. *Scintillo,as. scintillas emittere.*

Centauro. *Centaurus,i.*

Centeno. *Typha,æ.*

Centinela. *Speculator,oris.*

Estar en centinela. *Speculor,aris. Vigilias agere. In speculis esse. Excubare, Excubias agere.* * *Custodiarum munera obire. Erant in statione pro castris collocati.*

Centro. *Centrum,i.*

Centurion. *Centurio,onis.*

Cepa vid. *Vitis.*

Cepillar. *Lauigo,as. Leue aliquid reddere.*

Cepillo. *Runcina,æ.*

Cepo. *Cipus,i.*

Cera. *Cera,æ. Vnde cereus,a,um.*

Cera de la oreja. *Sordes aurium.*

Cera para sellar. *Circa sigillaris.*

Cerca. *Iuxta, prope, proxime, apud, circa.*

Cercano. *Proximus, propinquus,a,um.*

Cercano, o vezino. *Vicinus, finitimus.*

Cerca, o muralla. *Murus, i. mœnia, ium.*

Cer-

Cercar. *Circunflo,as. circundo,as.*
Cercar con muros. *Vrbem mœnibus cingere,munire,sepire.*
Cercar,o sitiar ciudad. *Vrbem obsidere,obsessam tenere: obsidione,obsessione occupare, premere, circũsidere,obsepire.* * *Sepire, cingere,circundare.*
Cercado. *Ager septus.*
Cercenar. *circuncido,is.*
Cerco. *circus,i.*
Cerco de enemigos. *Obsidio,onis. obsessio, onis.*
* Leuantar el cerco. *Soluere obsidionem, obsidione soluta inde castra mouet. Recedere,discedere ab obsidione.*
* Librar del cerco. *Ab obsidione liberare,eximere,eripere vrbem.*
Cerda. *crinis,is. seta,ę.*
Cerezo. *cerasus,i.*
Cereza. *cerasum,i.*
Cerezo siluestre. *cornus,i.* * *cornus,us.*
Cerner. *cribro,as.*
Cerniculo, *Tinnunculus,i.*
Cerradura. *Sera,æ.*
* Cerrajero. *Faber clauilis.*
Cerrar. *claudo,is.*
Cerrar con llaue. *Obsero, as.*
Cerrar agujero. *Occludo,is.*
Cerrar passo. *Præcludere ad itum alicui,obstruere. Intercludere,intersepire aliquem.*
Cerradas las puertas. *Clausis, oppilatis. obstrusis foribus.*
Cerrar cartas. *Complicare,& obsignare literas.*
Cerro,o alto. *Collis,is.Tumulus,i.*
Cerro de lino. *cirrus,i.*
Certidumbre tengo desso. *Id compertum habeo, exploratum, certum, pro certo. Liquido confirmare possum.*
Certificar. *Aliquid pro certo affirmare, dicere. Fidẽ facere alicui alicuius rei.*
Certificado estoy desso. *Certus sum de hac re. Vide* Certidumbre.
Ceruatillo. *Hinnulus,i.*
Cerueza. *ceruisia,æ.*
Ceruiguillo. *ceruicula,æ.*
Ceruiz. *ceruix,icis.*
Cesped. *cespes,itis. Gleba,æ.*
Cessar. *cesso,as. desino,is.*
Nunca cessa del trabajo. *Nunquam cessat,nunquam desistit,nunquã laborem omittit, dies cum nocti boni labore consumit,coniungit,hora nulla vacua illi est a labore nullum laborãdi finem facit. nullũ diem labore vacuum abire,præterire patitur. nullum spiritum ociosum ducit.*
Cessacion. *cessatio,onis. vacatio.*
Cesta. *cista,æ. corbis,is.*
Cestilla. *cistella,æ. fiscella, æ.*
Cesto. *corbis, is.*
Cetro. *Sceptrum,i.*
Ceuada. *Hordeum,i.*
Ceuador en arcabuz. *Spiraculum,i.*
Ceuar para engañar. *Inescare homines. blandire illecebris, allicere ad nostrã voluntatem.*
Ceuo. *Esca,æ.*

C ante H.

Chamelote. *Vndulata vestis.*
Chamuscado. *Semiustulatus,a,um.*
Chanciller. *Cancellarius,ij.*
Chancilleria Real. *Forum Regium.*
Chantre. *Mesochorus,i.*
Chapa de metal. *Bractea,æ.*
Chapin. *Sandalium,ij. soica,æ.*
Chapitel. *Pinnaculum,i.*
Chapodar. *Amputo, as.*
Chierrion. *Vehiculum,i.*
Chico. *Paruus, paruulus,a,um.*

Chillar, o rechinar. *Strideo, es, strido, is.*
Chimenea. *caminus, i.*
China. *Scrupulus, i.* * *Scrupus. scrupum.*
Chinela. *crepida, æ.*
Chiriuia. *Siser, eris.*
Chisme, o chinche. *cimex, cis.*
Chistar. *Hisco, is.*
Chocar vno con otro. *collido, is.*
Chocarrero. *Circulator. Nugator. Fabulator, oris.*
Choça. *Tugurium, ij.*
Chupar. *Sugo, is.*

C ante I.

Cidra. *Malum citreum.*
Cidro arbol. *citrus, i.*
Ciego. *Cęcus, captus oculis, orbus oculorum lumine.* * *Priuatus, orbatus oculis.*
Cielo. *Cælum, i. cæli, orum.*
Cielo. *Supera, orum.*
* Yr al cielo a gozar de Dios. Saluarse. *Ascendere, migrare, emigrare ad superos, cõuolare: euolare ex his tenebris ad cœlestem locũ in beatorũ sedem, domicilium, patriã sempiternã, cœlestem, recta via intendere, ex caligine, ex his terrarum angustiis ad cœlestem regionem, lucem excidere, coaptari, admitti, referri, describi, ascisci in beatorum cœlestia agmina, numerum, societatem: vitam beatam, immortalem assequi, consequi, sibi cõparare palmam accipere, præmium, mercedem laborum amplissimã, frui, perfrui, in perpetuum potiri iucundissimo Dei aspectu.*
Cieno. *cænum, i.*
Cientum. *centum.*
Cien vezes. *centies.*
Cien mil vezes. *centies millies.*
Cientotanto. *centies millies.*
Cientotantos hombres. *Totidem centies homines.*
Cierço. *Boreas, æ. Aquilo, onis.*
Cierta cosa. *certus, compertus, minime dubius, exploratus, res non dubia, quæ nihil habet dubitationis, non in opinione dubia.*
Ciertamente. *Sane, profecto, plane, quidem, certe, certo.*
Cierua. *cerua, æ.*
Cieruo. *ceruus, i.*
Cifras. *Notæ, arum.*
Escriuir con cifras. *Notis scribere.*
Cigarra. *cicada, æ.*
Cigoñal para sacar agua. *Pertica putealis.*
Cigoñino. *Pullus ciconiæ.*
Cigueña. *ciconia, æ.*
Cilicio. *cilicium, ij.*
Cilla, o cilleria. *cellarium, ij.*
Cillero que tiene cuydado de la cilla. *cellarius, ij.*
Cimiento. *Fundamentum, i.*
Echar buenos cimiẽtos. *Alta fundamẽta, pręclara iacere, agere, ponere.*
Cincha. *cingula, ę.*
Cinchar. *cingo, gis.*
Cincho. *cinctus, us.*
Cinco vezes. *Quinquies.*
Cinco vezes mil. *Quinquies millies.*
Cinquenta. *Quinquaginta.*
Cinquenta vezes. *Quinquagies.*
Cinta. *cingulus, i. zona, ę.*
Cinto. *cingulum, i.*
Cintero que haze cintas. *Zonarius, ij.*
* Cintas de seda. *Ligulæ sericæ.*
Cipres. *cupressus, i.*
Circuyto. *circuitus, us.*
Circulo. *circulus, i. orbis, is.*

Cir-

Circular buelta. *Circuitus,us.*
Circuncidar. *Circuncido,is.*
Cirial. *ceroferarium.*
Cirio. *cereus,ei. Funale,is.* El que lleua cirio. *ceroferarius,ij. Acolythus.*
Ciruela. *Prunum,ni.*
Ciruelo. *Prunus,i.*
Cirujano. *chirurgus,i.* * *Alipta.*
Cirugia. *chirurgia,æ.*
Cismatico. *Schismaticus,a,um.*
Cisne. *cygnus,i. Olor,oris.*
Cisterna. *cisterna,æ.*
Citar a juyzio. *cito,as. Diem dicere alicui. Vocare aliquem in iudicium, in ius. Ad esse iubere aliquem.*
Citar, o alegar autores. *Auctorem aliquem citare; testem appellare, vocare. Vide* Alegar.
Citara. *cithara,æ. Vnde citharœdus,i.* El que la tañe.
Ciudad. *Vrbs,bis.*
Ciudad, o ciudadanos. *Ciuitas,tis.*
Ciudadano. *ciuis,is. Vnde ciuilis,e.* cosa de ciudad.

Hazer a vno ciudadano. *Ciuitate aliquem donare, impertiri, largiri alicui ciuitatem. asciscere innumero ciuium quem.*

C ante L.

Clamor. *clamor,oris. vociferatio,onis.*
Clamar. *clamo,as. vociferor,aris. vocifero,as. clamito,as. exclamo,as. clamorem edere, profundere, facere, proclamo, proclamas.*
Clandestino. *clandestinus,a,um.*
Clara del hueuo. *Albugo,inis. Album in ouo.*
Clarea. *Nectar,aris. mulsum,i.*
Claro, o manifiesto. *clarus apertus, planus. Res nota.*

Es cosa esta muy clara. *Res est minime obscura, luce ipsa clarior. Est hoc ita perspicuum, vt ipsis oculis mentis cerni possit. Quiuis hoc facile perspiciet. Quæ in medio sunt posita commemoro; quę liquido constant; quæ nullis sunt integumentis inuoluta, quę promulgata sunt, perspicua.* * *operta, explorata, aperta, sole ipso clariora. illustripra, propta, & perecelebrata sermonibus vniuersorum. res adeo aperta, & illustris, vt in dubium vocari nō possit. Loquitur res ipsa, liquet, patet, cōstat, ita verum esse.*

Claramente. *clare, manifeste, aperte. plane, perspicue.* * *Lucide, dilucide. explorate, explanate, euidenter, non obscure.*
Claridad. *claritas,tis.*
Claridad de alguna cosa. *Perspicuitas, euidentia,æ.*
Claro, o liquido. *Liquidus,a,um.*
Claro que se vee. *Perspicuus, manifestus, euidens.*
Clauar. *clauo aliquid figere.*
Clauo. *clauus,i.*

Gouernar la Republica. *clauum Reip. tenere.*

Clauellina, o clauel. *Flos punicus, caryophyllus: vetonicum altile.*
Clauos. *caryophylli.*
Clausula. *clausula,ę.*
Clausula, o periodo. *Periodus,i.*
Clausura. *claustrum,i.*
Clemencia. *clementia,æ.*
Clementemente. *clementer, benigne.*
Clerigo. *Clericus,i.*
Clerigo de Missa. *Sacerdos, præsbyter.*
Clerecia. *clerus,i.*
Clima. *Cœli natura.*
Clima bueno. *Cœlum salubre, salubritas cœli.*

Clima malo. *Cælum minime salubre.*
Clueca gallina. *Gallina glocitans.*

C ante O.

Cobertura. *Operculum, i.*
Cobertor de cama. *Stragulum, i. Toral, alis.*
Cobertura. *Tegumen, inis. Tegmentũ. Velamen, inis.*
Cobijar. *Tego, is. Operio, is. cooperio.*
Cobrar lo perdido. *Recupero, as. recipio.*
Cobrar dineros. *Exigere pecunias.*
Cobrar la honra. *Delere ignominiæ notam, maculam, labem.*
Cobrar la priuança. *Pristinã gratiam recuperare redire in pristinã gratiam cũ Rege. Vide* Boluer en amistad.
Cobrar la libertad. *Repetere libertatẽ, excutere seruitutis iugum, emergere a fluctibus seruitutis.*
Cobrar las alcaualas. *Exigere, exercere vectigalia.*
Cobre. *Aes, æris.*
Cobrir. *Operio, is. cooperio. Velo, as. Obduco, is. obtego, is. tego.*
Cobro, ponerse en cobro. *In tuto se collocare.*

Poner en cobro, o a recaudo. *Seruare, asseruare aliquid.*

Cocear, o hollar. *Conculco, as. Proculco, calcibus tundo, concido. Vide* Acocear.
Coche. *Currus, us.*
Cochero. *Essedarius, ij. rhedarius, ij.*
Cochino. *Porcus, i.*
Codicia. *Cupiditas, auiditas, cupido, nis. Appetentia, æ.*
Codiciar. *Cupio, is. expecto, appeto.*

No ay hazienda agena que este hombre no codicie. *Omnium ciuiũ fortunarum, incẽsa, atque inflammata cupiditate rapitur. Omnium fortunas auidissimo animo absorbuit. In omniũ fortunas oculos auidissime defixit. Fortunis omnium oculos adiecit. Nullum statuit suæ cupiditati finem, auaritiæ, atq; libidini. Longissime alienarum possessionum cupiditate progreditur. captus auaritia atq; cæcus, in omnium fortunarũ cupiditatem incidit. Alienorum bonorum cupiditate trahitur: inflammata quadam cupiditate ardet, flagrat. Incensa cupiditate fertur, inflammatus est. Est illi infinita cupiditas. Nullæ facultates incensam illius cupiditatem comprimere, restinguere, imminuere, explere, aut satiare poterunt. Illius cupiditatis sitim explere, ac satiare nulla res poterit. Illius cupiditati nimis angustus orbis terrarum, esse videtur.*

Codiciar honras. *Ambire honores, cupere, sitire, aucupari.*
Codicia de honras. *Ambitio, onis. studium, cupiditas bonorum, gloriæ.*
Codicia de mandar. *Cupiditas dominandi.*

No es cosa de codiciar. *Res est minime expetenda, non magni momẽti. Res plane contemnenda.*

Codicioso. *Cupidus, auidus.*
Codicioso de honra. *Ambitiosus.*
Codiciosamente. *Cupide, auide.*
Codicilo de testamento. *Codicilli, orum.*
Codo del braço. *Cubitus, i.*
Codo medida. *Cubitũ, i. vel cubitus, i.*
Codorniz. *Coturnix, icis.*
Cofia. *Calantica, æ.*
Cofin. *Cophinus, i. fiscus, ci.*
Cofadria. *Sodalitas, tis. sodalitium, ij.*

Admitir en la cofadria. *Admittere,*

tere, adscribere, coaptare recipere aliquē in societatē. Asciscere in collegiū
Cofrades. *Socij, sodales.*
Coger. *Lego, is. colligo, is.*
Coger flores. *Carpo, is. decerpo, is.*
Coger a palabras. *Verbi laqueo aliquē capere.*
Coger a vno desapercebido. *Intercipere, inuenire, reperire aliquem imparatum inermum. Nihil tale suspicantem deprehendere.*
Coger los frutos. *Percipere fructus.*
Coger alcauala. *Exigere vectigal, cogere.*
Cogedor de alcauala. *Exactor.*
Coger, o caçar. *Capio, is.*
Cogieronle con el hurto en las manos. *Deprehensus est in furto.*
Cogujada. *Alauda, æ. galerita, æ.*
Cogollo, o renueuo. *Germen, inis.*
Cogote. *Occiput, itis.*
Cohechar al Iuez, testigos, &c. *corrūpere iudicium, testes, Iudices, &c.*
Cohechos. *Repetundę, arum.*
Cohombro, o cogombro. *Cucumis, ris*
Cola de animal. *Cauda, æ.*
Cola para encolar. *Gluten, inis.*
Colcha de cama. *Stragulum, i.*
Colchon. *Culcitra, æ.*
Colear. *Caudam mouere.*
Colera. *Bilis, is.* * *Cholera, ę.*
* Passarse la colera. *Iræ ardorem restingui, irę impetum residere, vim, & ardorem iræ remitti, iram deferuescere, lenire, mitescere.*
* Descargar la colera sobre alguno. *Sthomacū erumpere, iram euomere, virus furoris effundere in aliquem, exercere iracundiam in superatos.*
La colera saca a vn hombre de juyzio. *Iracundia, vis & impetus iracundiæ mentem de sua sede statuq; demouet, deturbat, hominē transuersum agit, atrahit a sensu mentis.*
Colerico. *Biliosus.*
Colerico es este hombre. *Homo hic subitus est, percitus, commotus, incensus, inflammatus ardens, feruidus, correptus, totus ira turdidus, intēto ad vindictam animo.*
Colegio. *Collegium, ij.*
Colegial. *Collega, æ.*
Colgajo de vuas. *Vuæ pensiles.*
Colgar alguna cosa. *Suspendo, is. Inde suspendium, ij.*
Colgar vna cosa junto a otra. *Appendo.*
Colgar, o estar colgado. *Pendo, es. dependeo, es.*
Colgado, o suspenso. *Suspensus, incertus, solicitus.*
Colgar, ahorcar. *Aliquem supplicio laquei punire. Vide* Ahorcar.
Colgar a vno cabeça abaxo. *Prono, demisso capite, & pedibus sursum erectis suspendere.*
Colgarse de vn arbol. *Suspendere se de ficu, collum in laqueum inserere. inserto circa collum laqueo se se interimere. laqueo vitam finire.*
Colirio. *Collyrium, ij.*
Collado. *Collis, is.*
Collar para el cuello. *Torquis, is.*
Collar de vestido. *Collarium, ij. collare, is.*
Collegir. *Colligere, perspicere, cognoscere, deprehendere.*
Colligese de aqui. *Hinc fit, hinc nascitur. ex hoc perspicitur, perspicuū est, pātet constat, apparet, deprehenditur.*
Colmar. *Cumulo, as. adaugeo, es.*

Colmo. *Cumulus,i.*
Colmadamente. *Cumulate.*
Colmena. *Aluear,aris.*
Colmenar. *Aluearium, ij. alueare, is. apiarium,ij.*
Colmenero. *Apiarius,ij.*
Colmillo. *Dens columellarius.*
Colocar. *Loco, colloco, as. pono,is. repono.*
Colodrillo. *Occiput,itis.*
Coloquio. *Colloquium, ij.*
Color. *Color, oris.*
Colores,o matizes. *Pigmenta,orum.*
Color,o escusa. *Species,ei.*
Socolor. *Specie, simulatione.*
Color,o titulo para alguna cosa. *Nomen, inis.*
Color que sale al rostro. *Rubor, oris.*
Color pardo. *Color fuscus, subniger, aquilus color.*
Color roxo. *Color flauus, fuluus.*
Color pagizo. *Color helbus, gibus.*
Color morado. *Color pullus, ferruginatus.*
Color vermejo. *Color ruber.*
Color encarnado. *Color rufus.*
Color castaño. *Color spadiceus.*
Color ceniziento. *Color cinereus.*
Color de seda cruda. *Color byssinus.*
Color de grana. *Color coccineus.*
Color cardeno. *Color liuidus.*
Color mortezino. *Remissus, dilutus.*
Color alegre. *Color floridus.*
Color quebrado. *Decoloratio,onis.*
Color de açafran. *Color croceus.*
Color rubio. *Color rutilus.*
Color de oro. *Color aureus.*
Color de plata. *Color argenteus.*
Color de vidrio. *Color vitreus.*
Color de mar. *Color Thalasicus.*
Color de bolarmenio. *Color armenius*
Color de cielo. *Color Cyaneus.*
Color verde, y negro. *Color cæruleus.*
Color naranjado. *Color luteus.*
Color gazo. *Color cæsius.*
Color vayo. *Color puniceus.*
Colorar,o dar color. *Coloro,as.*
Colorado. *Ruber, a,um.*
* Pararse colorado. *Perfundi, suffundi rubore.*
Quitar el color. *Decoloro,as.*
Coluna. *Columna,æ.*
Coluna acanalada. *Columna striata.*
Espacio entre coluna, y coluna. *Intercolumnium, ij.*
Coma en la clausula. *Coma, tis. Incisum, i.*
Comadreja. *Mustela,æ.*
Comarca. *Confinium,ij.*
Comarcano. *Confinis,e. affinis.*
Combatir. *Oppugno,as. impugno.*
Combate. *Oppugnatio,onis.impugnatio*
* Combatir vna ciudad. *Oppidum oppugnare.*
* Ganada por combate. *Capere, expugnare.*
Combidar. *Inuito,as.*
Combidado. *Conuiua,æ.*
Combite. *Conuiuium,ij.*
Hizo vn gran combite. *Epulũ dedit lautum, & splendidam. Ornauit splendide, magnificeq; cõuiuium. Magnifice, & ornate conuiuiũ comparauit. Opipare, laute, apparate conuiuiũ instituit. Conuiuium celebrauit magnifico apparatu, atque Regio: mensas extruxit conquisitissimis epulis.*
Comedido. *Vrbanus politus, policitus, comis, humanus.*
Comedimiento. *Vrbanitas, comitas, tis.*

Comedidamente. *Vrbane.*
Comedirse a hazer algo. *Offerre se.*
Comedido. *Officiosus.*
Comedor. *Edax,cis. epulo,onis. Multi cibi homo, qui nimio vtitur cibo, comessator.*
Comer. *Edo,is. comedo,is. vescor,eris.*
Comer poco a poco saboreandose. *Ligurio,is.*
Comer con otros. *Conuiuor, aris.*
Comer en combite. *Epulor,aris.*
Comer algo con el pan. *Ad panem obsonium adhibere,addere.*
Come poco. *Vir est admodum pauci cibi,homo est non multi cibi.*
El que come a mesa de otro. *Cōpransor,oris. conuictor,oris.*
Començar. *Incipio, is. cœpi,isti. * incohoo,as. in eo,is.*
Vos comēçastes,y acabastes el negocio. *Res a te incepta est,ad exitūq; perducta. Tu eius rei fundamēta iecisti,principium constituisti,initiū fecisti. Rem tu inchoasti, aggressus es,instituisti. A te res duxit , sumpsit,cœpit initium,principium,exordiū. Rem a te inchoatam idem feliciter confecisti,perfecisti, ad exitum duxisti, ad summum fastigium perduxisti.*
Començar a dezir. *Exordior,iris. Dicendi initium sumere. * Facere,ducere,capere,incipere,inchoare,instituere,auspicari, exordiri orationem, dicere aggrediar.*
Començar bien. *Bonis auspiciis incipere.*
Començar mal. *Male ponere initia.*
Començar de atrás. *Rem longo principio repetere , alte repetere, a principio,a capite,a fonte repetere.*
Començar de nueuo. *Rationem de integro inire.*
Començar a barbar. *Pubesco,is.*
Comienço. *Initiū,ij. Principium,exordium, cœptus,us. Primordium,ij. caput, itis.*
Comienços de los q̄ estudian alguna arte. *Rudimenta,incunabula,orum.*
Cometa. *Cometes,æ.*
Cometer,o encomendar. *Commito,is. commendo,as.*
Cometer,o fiar. *Credo,is.*
Cometer pecado. *Cōtrahere,admittere scelus,peccatum,culpam contraho.*
Cometer algun negocio a alguno. *Rem ad aliquem deferre.*
Comezon. *Prurigo,inis.*
Comida,o manjar. *Cibus,i. esca,æ.*
Comida. *Prandium, ij.*
Comida fuera de tiempo. *Comessatio, onis.*
Comilon. *Edax,cis.*
Comigo. *Mecum.*
Comission. *Delegatio, onis.*
Comitre de galera. *Trierarchus,i.*
Como. *Vt, quemadmodum, sicut, ceu.*
Como si. *Quasi, ac si.*
Como si os fuera la vida. *Accide capite ageretur.*
Como si fuera vn ladron. *Latronum more.*
Como diremos esto en Latin. *Qui Latine dicemus? quibus verbis Latinis hanc Hispanicā orationem exprimemus,explicabimus? quibus verbis Hispanicam thesim in Latinum sermonē conuertemus?*
Como fuera de si. *Quasi extra se positus.*
Como quiera. *Vtrūque,quomodolibet.*
Como quiera que. *Quomodocumque, quoquomodo.*

Como foys tan defuergonçado? *Quæ tua tanta impudentia est?*

Comodidad. *Commoditas,tis,vtilitas.*

Hazed esto si fuere comodidad vuestra. *Hoc facies ex tuo cōmodo, si tibi cōmodum est,accommodatum , si opportunū fuerit,si.cum tuo sit cōmodo,& vtilitate coniunctū.Nō ex*[illegible] *eo sed ex tuo tēpore,& commodo fac es.*

Compadecerse. *Misereor,eris.* co[illegible] *misereor.Cōdoleo,es. condolesco,is. Misericordiam alicui tribuere,mis*[illegible]*ricordia alicuius teneri,misericordia commoueri, frangi.*

Compassion. *Miseratio,onis. Commiseratio. Misericordia,æ.*

Compassiuo. *Misericors.clemens,pietatis laude præstans.*

* Companaje. *Obsonium.*

Compañero. *Socius,ij. comes,itis.*

Compañero en la guerra. *commilito, onis.*

Compañero de casa. *contubernalis,is. sodalis.*

Compañero en el oficio. *collega, æ.*

Compañero en feruidumbre. *conseruus, i.*

Compañera. *conserua, æ.*

Compañero en los trabajos. *consors laborum.*

Tomar a vno por compañero. *Inire,conflare, facere aliquem sibi socium,comitē. Adiungere,adscribere, accersere adhibere sibi laborum consortem.*

Fueme vuestro hermano fiel cōpañero en mis trabajos. *Fuit frater tuus meorum laborū omnium comes, socius fidelissimus. Comitem, sociū se mihi præbuit assiduum perpetuum. In nullis vel laboribus, vel periculis me tuus frater deseruit , a me discessit, a meo latere discessit. Nullus tantus labor, nullū vitę periculum illum a me auellere,abducere,seducere,amouere, disiungere,seiungere,abiūgere potuit. Habui semper illum meorū laborū,ac periculorum comitem. Mihi in omni periculo , ac discrimine semper adhæsit,affixus semper fuit. Consors,particeps fuit meorum laborum.*

Compañia de los q̄ viuen juntos. *Sodalitas,tis. sodalitiū,ij. conuictus,us. contubernium,ij. consortium,ij.*

Compañia de trato y amistad. *Societas, tis.*

Andamos de cōpañia en todo Pedro,y yo. *Rerū omniū cum Petro societatē feci,conflaui,iniui, constitui.*

Ya deshizimos la compañia. *Societatem dissoluimus,diremimus. Vide* Amistad.

Compañia de gente. *Caterua,æ.Comitatus,us. consociatio,onis.*

Comparar. *Comparo, comparas. confero,ers. compono, is. contentionem facere.*

* Comparar vna cosa con otra. *Aliquid cum aliquo comparare, conferre.*

Comparacion. *Comparatio,onis. collatio contentio.*

Hecha comparacion,o sin ella. *Comparate,aut simpliciter.*

Comparacion,o semejança. *Similitudo,inis. simile,is. collatio,onis.*

Compas. *Circinus,i.*

Compassion. *Misericordia,æ. miseratio commiseratio.*

Tengo compassion de vuestros trabajos. *Afflicta tua fortuna me ad misericordiam mouet. Moueor , frangor tui misericordia. Me calamitatis*

tua miseret. Magna me tui laboris misericordia tenet, cepit. Magnam cepi misericordiam laboris tui.

Compeler, o forçar. *Compello, is. cogo, is. Adhibere vim alicui, afferre: necessitatem affere.*

Compelido. *Coactus, necessitate compulsus.*

Compendio. *Epitome, es. compendium, ij.*

Competir. *Contendo, is. cento, as. in contentionem venire.*

Competencia. *Contentio, onis. certamen, inis. certatio, onis.*

Competidor. *Competitor, oris. æmulus, i.* * *Candidatus, ti. æmulator, oris.*

Competencia de aficionados. *Riualitas, tis.*

Competidores en este genero. *Riuales, ium.*

Complazer. *Placeo, es. complaceo.*

Complexion. *Corporis constitutio: esse bene, aut male, corpore constituto.*

Es enjuto de complexion. *Summa in illo est corporis siccitas. Exsiccatus est, atque aridus. Minime pituitosus, aut redundans.*

* Buena complexiõ, firme, rezia. *Firma, optima, egregia, robusta, corporis cõstitutio, tẽperantia.* * Flaca. *Infirma, minus firma, debilis, imbecillis corporis constitutio, temperatio.*

* Tiene buena complexion. *Valentissimo corpore præditus est, firma corporis constitutione, optimo temperamento vtitur.*

Complexion mala, flaca. *Infirma, debilis, minus firma imbecillis corporis temperatio.*

Componer. *Compono, is. commentor, aris.*

Ha compuesto muchos libros. *Libros multos composuit. Multa literis mandauit, chartis cõmisit; literarũ monumentis tradidit, prodidit, mãdauit; monumẽtis, ac literis cõmendauit; literis persecutus est; plurima scripsit plurima scripta immortalitati mãdauit. Multa edidit literarum monumenta. Multa opera excussit.*

Compone muy bien. *Scribendi laude excellit. Sũt eius scripta ingenij minime vulgaris. Scribit egregie, subtiliter & eleganter. Longe scribẽdi laude processit. Optima se scribendi ratione exercet. Eius in scribendo excellit industria. Eius in scribendo ingeniũ, ingenijque præstantia facile apparet.*

Componer versos. *Carmina, versus cõdere, fundere, carminibus aliquid pãgere, componere, scribere, persequi, exprimere, carmina scribere, contexere.*

* Componer vna obra en verso. *Scribere librum versibus.*

Componer las dissensiones. *Sedare discordias.*

Componer, poner en orden. *Dispono, is. Vnde dispositio, onis.*

Componedor. *Compositor, oris.*

Composicion. *Compositio. onis.*

Comprar. *Emo, is. mercor, aris. nundinor, aris. paro, comparo, as.*

Comprar por junto. *Coemo, is. commercor.*

Comprar de comer. *Obsono, as. Obsonor, aris.*

Comprador de cosas de comer. *Obsonator, oris.*

Comprar las alcaualas. *Redimere vectigalia.*

Comprar trigo para el comun. *Rei fru-*

frumentariæ prouidere.
Cópra desta manera.*Redemptio,onis.*
Comprador.*Redemptor,oris.*
Compra.*Emptio,onis.coemptio,onis.*
Comprador de almoneda. *Manceps, pis.*
Comprador diligente. *Emax,cis.*
Comprometer. *Compromitto, is. compromissum facere.Sponsionem facere.*
Compromisso. *Compromissum, i.*
Comulgar.*Christi corpus communicare cælesti se pabulo, cælesti pane reficere,cæleste inire conuiuiũ. Ad sacram mensam, ad sacrum conuiuiũ accedere. Diuinum Eucharistiæ Sacramẽtum sumere.Sacram synaxim recipere. Ad sacram Christi corporis mensam accedere. cælesti se pane munire.*
* Comulgar,dar la Comunion.*Porrigere,ministrare,exhibere alicui sacro sanctam Eucharistiam.*
Comun cosa. *Communis,e.*
Comun, cosa ordinaria. *Vulgaris, e. Tritus,a,um.*
Comun es este vicio.*Late patet hoc vitium, huius sceleris contagio occupat multorum animos,non pauci incidunt in hunc errorem, multorum animi inficiuntur, contaminantur hac labe, macula,peste.*
Comunes platicas. *Verba sumpta de medio.*
Comunidad.*Communitas,tis.societas, communio,onis.*
Comunidad,o Cõuento.*Cõuentus,us.*
Comunicacion.*Coniunctio hominũ inter homines. Societas, tis. Communicatio,onis.*
Comunicar. *Cõmunico,as. confero,ers.*
Comunicar, dar parte. *Particípo, as. partior,iris. impertior,impartio,tis.*
Comunicò conmigo su intencion. *Me suorum cõsiliorum participem fecit,mecum sua cõsilia communicauit, mihi quid consilij haberet apperuit, quid vellet,ostendit. Omnia sua consilia mecum contulit, mihi impertitus est.*
Comunmente. *Cõmuniter, plerumque.*
Con atencion.*Attente,attẽtis animis.*
Con artificio. *Fabre, affabre, artificiose.*
Con afabilidad. *Affabiliter,comiter.*
Con gana. *Libenter,libenti animo.*
Con amor,con aficion. *Studiose.*
Con desseo. *Cupide.*
Con atreuimiento.*Audacter.*
Con crueldad. *Crudeliter.*
Con cuydado. *Diligenter.*
Con ambicion. *Ambiciose.*
Con amistad. *Amice.*
Con valor. *Fortiter.*
Con facilidad. *Facile.*
Con engaño. *Fallaciter,&c.*
Con natural cosa.*Innatus,a,um.*
Con buen pie.*Auspicato.*
Concauo. *Concauus, a,um.*
Concauidad.*Cauerna,æ.*
Concebir.*Concipio,is.*
Concebir mala opinion. *Malam de aliquo opinionem animo imbiberè.*
Concepto,o reputacion. *Existimatio, onis. opinio,onis.*
Concepcion. *Conceptus, us. conceptio, onis.*
Conceder.*Cõcedo,is. permitto,is.Potestatem, facultatem alicui permittere.*
Yo os cõcedo esto. *Id tibi assentior. Sit istud sane. Hoc tibi do,concedo.*
Conceder perdon.*Ignosco,is. cõdonare remittere, prætermittere sceleris pœnam. Veniam dare.*

* El perdon que pides, te concedere de muy buena gana. *Veniam quam a me petis, libentissime dabo.*

* Concejo. *Concilium, concio, Senatus.*

* Llamar a Concejo. *Conuocare, aduocare concionem, vocare, conuocare, cogere ad Senatum.*

* Ir a Concejo. *Accedere, venire, conuenire in Senatum.*

Concegil cãpo. *Ager publicus, cõpascuus, quo promiscue omnes vtuntur.*

Concession, o permission. *Concessio, onis. concessus, us.*

Concertar los discordes. *Concilio, as. Reconcilio, as. Vide* Amistad.

Concertarse los pleyteantes. *Rem trãsigere, dirimere.*

El q̃ lo concierta. *Trãsactor, oris.*

Concha de pescado. *Concha, æ.*

* Concha de tortuga. *Chelonium, ij.*

Conciencia. *Conscientia, æ.*

Aflige a los malos su misma cõciencia. *Scelerũ cõsciẽtia vexat impios, sublato etiam suppliciorum metu. Agitat, exagitat flagitiorũ cõsciẽtia. Suum impios scelus agitat, amentiaq; afficit: suę malos cogitationes, conscientiaq; animi terrent. Ex scelerũ conscientia horribiles existunt impijs formidines, ac terrores. Insectãtur impios scelerum furiæ, non ardentibus tædis, sed angore conscientiæ, fraudisq; cruciatu. Magna solicitudo, vexat impios. Conscientiæ stimulis punguntur impij. Scelerum furię impios agitant atque vexant.*

No me acusa mi cõciencia en este caso. *Nulla ad me pertinet ea de re cõsciẽtiæ contagio. Concientia optima mẽtis me consolatur. Sustentor, nitor præclara, recta conscientia. Ipse mihi sum testis. Mihi sum ipse conscius, nullam in me eius rei culpam remanere. Mea me conscientia minimè reprehendit.*

* Examinar la cõciencia. *Conscientiã discutere, cordis arcana perscrutari, optime scrutari animi recessus, examinare conscientiam.*

* Escrupulos, remordimientos de conciencia. *Animi solicitudo, angores animi, scrupulus, conscientiæ morsus acerrimus.*

* Tener muchos escrupulos. *Cruciari, angi, torqueri, vexari scrupulis. Dies noctesq; vehementer grauissimis perturbatæ cõsciẽtię molestijs implicari, pungi scrupulorũ stimulis, morderi peccatorum conscientia.*

* Quitar los escrupulos. *Liberare quẽ a conscientię angore quo vexatur, eximere, euellere alicui scrupulum.*

Concierto. *Conuenta, orum. pactum, i. pactio, onis. conuentus, us. conditio, fœdus, eris.*

Concierto en pleytos. *Decisio, onis.*

Hazer concierto. *Facere pactionẽ. ferire, sancire, inire fœdus, conuenire cum aliquo, depacisci, pacisci.*

Guardar el concierto. *Stare conuentis. Manere in conditione, atq; pacto, seruare fœdus.*

Quebrar el cõcierto. *Fœdus frãgere violare, contra fœdus facere.*

Concierto natural. *Concentus, us. consensus, us. sympathia illa Gręcorum.*

Concilio. *Concilium, ij.*

Concluyr argumentando. *Concludo, is. colligo, is.*

Concluyr poner fin. *Vide* Acabar.

Conclusion. *Conclusio, onis. conclusiuncula, æ.*

Esta

Esta sea la conclusion. *Hec sit summa.*

Conclusion, o fin. *Finis, exitus, terminus.*

Conclusiones. *Assertiones, scholę, positiones, Theses, placita, pronunciata.*

Tener, o defender cõclusiones. *Habere, tueri, defendere scholas, Assertiones defendendas tuendasque suscipere.*

Presidir a las conclusiones. *Disputationi praeesse.*

Presidente de ellas. *Disceptator, qui praeest.*

Contentarse con la respuesta. *Acquiescere responsioni. Stare decreto disceptatoris.*

Concluyeronle. *In laqueum inductus est. Irretitus est argumenti conclusione. * conuictum, mutuum, & eliguem illum reddiderunt.*

Concluydor de negocios. *Confector, perfector, oris.*

Concordar con otro. *concordare, consentire, congruere cum alicuius vita, & moribus.*

Concordar conuenir en algo. *Sentire cum aliquo. Facere cum aliquo. cohęre re. In eadem opinione esse.*

Concordaron en lo mesmo. *Vnum, idemque senserunt, in eadem fuerunt mente. Summa fuit de hac re inter eos consentio. conuenerunt, consenserunt hac in re, idem fuit eorum consensus, eadem omnium conspiratio.*

Concordia. *concordia, æ. consensus, us. conspiratio animorum.*

Concordes. *Qui eodem sunt animo, & voluntate. concordia coniunctissimi. concordes.*

Concordar las vozes. *consono, as.*

Cosa que concuerda en la voz. *consonus, a, um.*

Concupicencia. *Libido, inis.*

Concurrir. *concurro, is. confluo, is. conuenio, is.*

Concurso de gente. *cõcursus, us. * Effusio hominum ex oppidis, conuentus. frequentia.*

Concurrir mucha gente. *conuenire, confluere, aduolare, sese effundere aliquo. Magnó timore perculsa ciuitas ad incendium restinguendum concurrit.*

Conde. *Comes, tis.*

Condessa. *Comitissa, ę.*

Condestable. *Comestabilis.*

Condocender con algo. *Permittere aliquid alicui. conniueo, es.*

Condenar. *condemno, as. damno, as.*

Condenar a muerte. *capitis aliquem damnare, rei capitalis. * Damnare, capitali iuditio destinare, addicere.*

Condenar a galeras. *Triremibus aliquẽ addicere.*

Condenar a açotes. *Verberibus aliquẽ destinare.*

Condenarse por su dicho. *Sua se confessione damnare, iugulare.*

Condenarse, yrse al infierno. *Post mortem sempiternis inferorum ignibus damnari, cruciatibus sempiternis destinari. igni sempiterno cruciari, torqueri. Supplicijs sempiternis, pœnis acerbissimis, grauissimis a diuina æquitate constitutis semper puniri vindicari. Scelerum pœnas iustas, meritasque persoluere, luere apud inferos. Ad tartara detrudi, ad inferos ad orcum demitti, supplicia sempiterna subire.*

Condenacion. *damnatio, onis.*

Con-

Condicion, o natural. *Ingenium,ij. natura,æ. Indoles,is.*

Condicion mala, o buena. *Difficilis, aut facilis natura.*

Mudar de condicion. *Discedere, recedere a sua consuetudine, a se ipso, sui se dißimilem præbere, mutare mores.*

Condicion de algun concierto. *Conditio,onis.*

Condicion de hombres es. *Est hoc hominum ingenium. Humanum hoc est.*

Con tal condicion que,&c. *Dummodo. ea lege, sub ea conditione, vt.*

Con doblez. *Ficte, simulate.*

Con el discurso del tiempo. *Progrediente tempore, etate. Temporis progressu, discursu, lapsu, processu.*

Conejo. *cuniculus,i.*

Con enojo. *Stomachose, stomachosius.*

Confederarse. *Fœdus facere.*

Confederado. *Fœderatus.*

Conferir. *Vide.* Comparar.

Confessar. *Fateor,eris, confiteor.*

Confessar los pecados al confessor. *Peccata rite expiare. Confeßione expiare. Crimina per cõfeßionem eluere. Ad sacrã confessionem accedere. Confessionis se Sacramẽto expiare, salutari cõfessione. Scelerũ maculas cõfeßione delere. Animi vulnera per confessionem curare. Vulneribus animi mederi. Crimina, scelera confessario Sacerdoti confiteri. Aperire, detegere, patefacere peccata confessario. Stergere vitę sordes peccatorum onus apud confessarium deponere.*

Confessar generalmente. *Generali cõfessione peccata delere, totius ante actæ vitę confessionem instituere.*

Confessar a otros. *Audire, excipere aliorum confeßiones.*

Confessor. *Confessarius,ij. Auditor cõfessionum.* Expiandis criminibus delectus. Sacris confessionibus audiendis destinatus.*

Confiança. *Fiducia,æ. cumfisio,onis. fidentia,æ.*

Confiar de otro. *Fido,is. confido,is. credo,is. committo, is. præfido, is. Vide.* Fiar.

Confiar, o estriuar en algo. *nitor,eris.*

Confiado. *Fretus, confidens.*

Confiadamente. *Fidenter., fidenti animo aliquid dicere,&c.*

Confirmar. *Confirmo, as. affirmo, as. comprobo,as.*

Confiscar los bienes. *Publicare bona alicuius, proscribere.* Fisco addicere bona; in fiscum referre bona, confiscare. Cice. in publicum redigere bona.*

Confiscacion de bienes. *Publicatio bonorum proscriptio.*

* Confitero. *Dulciarius pistor.*

Confites. *Bellaria,orum.*

Conforman las obras con las palabras. *Consonat moribus oratio.*

Conformarse con otro. *Ad alterius se voluntatem conformare. cedere alteri. consentire cum altero. Alterius voluntati parere.*

Conforme al tiempo. *Pro tempore, prout tempus fert.*

Conforme aquel tiempo. *Vt temporibus illis.*

Conforme a lo que merece. *Pro eius merito.*

Conformes cosas. *Res similes, Affimiles, affines inter se, maxima affinitate coniunctæ deinceps, copulatæ. res quæ commune quoddam vinculum*

inter

inter se habent.

Conformidad. *cõsensio,nis.Vnus quasi animus ex plurimis.consensus,us.conspiratio voluntatum,& animorum.*

Confundir. *confundo,is.misceo,es.permiceo,es. perturbo as.cõturbo,turbo.*

Confusamente.*confuse,permixte. perturbate.*

Confusion. *confusio,onis.permixtio.*

Cõfusa cosa. *cõfusus,permixtus,a,um.*

Con fuerça. *Neruose.*

Confutar.*confuto,as.refello,is.coarguo is. infirmo, as. redarguo, is. explodo, conuello,is. Aduersaria euerto: falsa esse doceo.*

Congoxa.*Angor.Anxietas.ægritudo.*

Congoxar. *Ango,gis.Vide. Dolor.*

Mucho me congoxa este cuydado. *Hæc me cura valde angit; solicitat, solicitum habet,anxium, plenum solicitudinis, & angoris tenet. In magnum me solicitudinem,in magnum angorem adducit. Me grauiter afflixit, graui afficit solicitudine. Est hæc mihi cura molestissima, summę molestiæ, solicitudinis, angoris, acerbitatis plena. Meum animum tranquillum esse non permittit, nullum tranquillitati,nullum quieti relinquit locum.*

* Mucho me cõgoxaron vuestras cartas. *Pupugerunt,momorderũt valde vehementer animũ tuę literæ: fuerunt mihi maximo dolori: inflixerunt mihi vulnus grauissimum, atulerunt, pepererunt mihi grauissimum, acerbissimum dolorem:affecerunt me,vel animum meum summo dolore.*

Congoxado. *Anxius, solicitus,a, um.*

Con gran aparato. *Apparate.*

Con grã feruor. *Ardẽter, vehemẽter.*

Con gran fuerça. *Enixe.*

Con gran cuydado. *Diligentissime.*

Con gran conformidad. *Concorditer, concordissime.*

Con gran trabajo. *Ægre, difficulter, laboriose, summo cum labore, difficultate.*

Congraciarse. *Gratificor,aris.*

Congraciarse. *Gratiam alicuius aucupari.Loqui ad voluntatem alicuius.*

Congregar.*Congrego,as.Vide.* Ayuntar.

Congregacion. *Congregatio, onis, cœtus consessus,us.*

Congrio. *Conger, gri.*

Con hastio. *Fastidiose, fastidiosius quid dicere.*

Conjectura. *Coniectura,ę.*

Conjecturar. *Conijcio, is. coniecto,as. Auguror,aris.coniecturã facere,assequi, consequi, prospicere, perspicere, aliquid coniectura. Diuinare, argumentis, & signis aliquid iudicare,cõiecturã alicuius rei capere,coniectura duci,rapi ad suspicandum aliquid.*

Conjugacion. *Coniugatio,onis.*

Conjuncion. *Coniunctio,onis.*

Conjuncion de Luna. *Interlunium, i.*

Conjuracion. *Coniuratio, onis. Malorum proditorum conspiratio.*

Conjurar. *Coniuro,as.*

Conjurarse.*Coniurationem facere contra Remp. conspirare,conspirationem conflare in aliquem.*

* Con licencia de v. m. *Pace tua, cum tua bona venia, gratia capta, impetrata.*

Dificultosa oracion. *Spinosiora hac sunt, spinosa oratio.*

Dificultad de orina. *Stranguria, rię, dysuria, ę.*

Dificultar. *difficultatem afferre, proponere.*

Dificultosamente. *difficile, difficulter.*

Difinir. *diffinio, is.*

Difinicion. *diffinitio, onis, deffinitio.*

Diforme. *difformis, e. turpis, e.*

Diformidad. *deformitas, turpitudo.*

Difundir. *diffundo, is.*

Difusamente. *diffuse, dispersè.*

Digerir. *digero, is. concoquo, is.*

Digestion. *digestio, onis. concoctio.*

Digna cosa. *Dignus,a,um.*

Digno es vuestro hermano de que todos le alaben. *Est frater tuus omne laude dignus,omni laudatione dignus. Dignus est, quem omnes summis laudibus efferant; dignus,qui ab omnibus laudetur. Sūt multa in fratre tuo, quę valde illum omnibus commendēt, laudem omnium concilient, & amorem ei; dignus est, in quem summas vniuersi homines laudes conferant: cuius laudes prędicent vniuersi.*

Digno de fe. *Fidelis fidedignus fidei laude commendatus. Homo fide expectatissima. Singulari. Fide pręditus eximia.*

Dignidad. *dignitas, tis.dignatio,onis.*

Dignidad, cargo honroso. *dignitas, tis.bonor,oris. prafectura,a.*

Està puesto en grande dignidad. Ad altissimum honoris gradum ascendit, euectus est: peruenit, prouectus est. Est in excelso, ac sublimi dignitatis gradu. In altissimo dignitatis gradu collocatus, in sublimi dignitatis loco. In amplissimo dignitatis, honoris gradu constitutus: in celsissima sede dignitatis: cœlum digito tangit.

* Digresion. *Vide* Proposito.

Dilatar. *differre aliquid in aliud tempus,producere,protrahere,protrudere,reiicere,reseruare,prorogare rem: longius ducere, rem sustinere. Vide* Alargar.

Dilatar,o ostender,o alargar. *Dilato, as.protēdo,is.produco,is.amplifico,as.*

Dilatar termino. *Comperendino,as.*

Dilatarse. *Longius progredi dicēdo.prouehi longe, lateque effluere. Longius oratione prolaui.*

Dilacion. *dilatio,onis. prolatio, mora, a.retardatio.*

Dilacion de tiempo. *Procrastinatio, propagatio, prorogatio, comperendinatio.*

Diligente. *diligens,tis.Sedulus,diligētiam adhibens, per diligēs. solers,tis. Vigilans,tis. * Gnauus,impiger ad labores,industrius.*

Diligente en lo que le encargan. *Officiosus.Summo praditus officio.*

Diligencia. *diligentia, ę. sedulitas,tis. vigilantia.* Gnauitas,impigritas,celeritas.*

Pondre en esto toda la diligencia possible. Omnes in hac re profundam vires animi, atque industriæ meæ. Neruos omnes in eam rem contendam. Totum animum,cogitationem, & curam in ea re ponā. Quantum conniti animo potero, quantum contendere, tantum efficiam. * Omnem mouebo lapidē, vel rudentem. Mihi curæ erit hoc negotium. *Vide* Cuydado.

Diligentemente. *diligenter, studiose, accurate, vigilanter. Magna cum diligentia.* Sedulo, impigre, gnauiter.*

Diluuio. *Eluuio terrarum. Mitaproluuies. Magna vis aqua, diluuium, ij. * Inundatio aquarum.*

Dimension,o medida. *dimensio, onis.*

Diminuyr. *diminuo, is.*

Diminucion. *diminutio,onis.*

Diminuyrse. *Minui diminui.*

Dinero. *Nummus,i. pecunia,a.*

Tiene mucho dinero. Magnam habet pecuniæ vim. Tractat multam pecuniam. Magnæ ad illum pecunię peruenerunt. Innumerabilem congessit pecuniam. Pergrandem pecu-

pecuniæ summam coegit. Est bene nummatus. Homo multæ pecuniæ. Pecuniosus. Pythiæ, Mysti talenta.

* *Dar dinero a grangeria.* Occupare pecuniam alicui grandi fænore. Manut. collocare pecuniam grandi fænore.

* *Corre poco dinero.* Incredibiles sunt pecuniȩ angustiæ. Pecuniæ, siue nummorum mira est penuria.

Dinerillo. *Pecuniola, ȩ. Raudusculum, rauduscli.*

Dios. *Deus Parens naturæ, numen diuinum.*

Dios os guarde. *Salue, saluere te iubeo, saluus sis. Te Deus perpetuo seruet in columem, saluum, integrum, & incolumem.*

Dios es autor de todas las cosas. *Rerum omnium auctor est Deus, creator, conditor, effector, artifex, opifex, parens. Cuncta creauit, condidit, archtectatus est Deus. Ex nihilo excitauit, finxit, formauit. Mundi procreator est Deus.*

Dios tiene el gouierno de todas las cosas. *Omnia regit Deus, gubernat, moderatur, temperat: diuino consilio, ac prouidentia omnia geruntur, administrantur; vnus Deus est humanarũ, diuinarumque rerum moderator. Rebus omnibus preest, dominatur, imperat. A quo vno, a cuius voluntate, nutu, imperio pendent vniuersa. In cuius potestate omnia sunt. Rerum vniuersarum est dominus, cuius potestas res vniuersas complectitur. Cui obediunt omnia, cui obtemperat ipsa natura. Cuius numini parent omnia.*

No ay hombre tan barbaro, que no tenga alguna noticia de que ay Dios. Nullus tam immanis, ac barbarus reperietur, cuius mentem non imbuerit aliqua diuinitatis opinio; qui nullam vim cælestem existimet, numenuè diuinum. Dei notionem in omnium etiam barbarorum animis impressit ipsa natura, insculpsit in hominum mentibus, vt esse Deum crederent. Ad Dei cognitionem omnes homines natura ipsa duce vehuntur, ducuntur.

* *Si murieredes desta, lo que Dios no quiera, &c.* Si iste te morbus confecerit, sed Deus meliora. Quod Deus omen obruat, auertat, prohibeat. *Vide* Causa.

* *Con la ayuda de Dios.* Auspice Iesu. Deo propitio, Deo duce, approbante. Annuẽtibus superis. Fauente Deo. Diuino aspirãte numine. Diis bene iuuantibus. Spiritus sancti auræ meis conatibus, consiliis, incæptis iucundissime aspirãte. Tectus, munitus, adiutus, fult⁹, nixus, innixus, confisus auxilio diuino, infinita Dei clementiã, liberalitate, spe, præsidio, benignitate, diuini numinis munificentia.

Dios os dè buenas noches, Dias, &c. *Opto, exopto tibi hanc noctem fœlicẽ, faustam, fortunatam. Hunc diem fœlicissimum precor tibi.*

* *Si Dios fuere seruido.* Si Deus volet. Si dii volẽt, si immortali Deo placuerit. Deo volente, &c.

* *Por la bondad, y misericordia de Dios.* Amplissimo optimi, maximique Dei beneficio. Singulari Dei

munere, diuina bonitate, pietate, clementia, liberalitate, munificentia, omnes (quæ summa est Dei liberalitas, quæ est diuina pietas) conualuimus.

* *Honrar, y reuerenciar a Dios.* Deũ Optimum, & Maximum auguste, sanc̃teque venerari, pia religione, castisimoque cultu. Castisime, sanctisime, religiosisime, pie, summa pietate, religioneque colere; cultu, & obseruantia prosequi. Veneratione, summaque religione Deum omnium laudandarum rerum fontem, & originẽ vereri. Immortalem Deũ, cuius voluntate omnia regi, gubernarique prospicimus, castisimo quodam cultu reuereri.

* *Emplearse todo en el seruicio diuino.* Seruire, inseruire diligentisime Deo. Suscipere, cõplecti summa pietate, studioque incredibili diuinum cultum. Omni animi, & corporis contentione diuinis rebus deseruire. Dicare, tradere se totum diuino cultui, consecrare, mancipare, addicere, deuouere. Defigere, locare, collocare suas omnes curas, cogitationesque in Deo. Referre, conferre, conuertere, dirigere sua omnia studia, consilia, actiones ad Deum. Diuino cultui vacare. Ad diuinum cultum incumbere. Intueri, obseruare vnius Dei nutum. Ab vnius Dei nutu voluntateque pendere. Omnia quæ ad Dei cultum pertinent diligenter pertractare: ad Deum tota mente conuerti.

* *Tener a alguno por Dios, o ponerlo en el numero de los Dioses.* Deum sibi in terris turbulẽtisimis erroris opinione fingere. Asciscere sibi falsos Deos. Ponere, referre, habere, reponere quem in Deorũ numerum.

* *Por permission de Dios.* Diuino Dei permissu. Diuina exigente, & postulante iustitia.

* *Inuocar, llamar a Dios.* Diuinam opem implorare. Inuocare Deum. Ad Deum confugere, appellare Deum. Subsidium, opem, auxiliũ diuinum exposcere.

* *Yr en la presencia de Dios.* Tueri, contemplari Deum Optimum, & maximum presentem. Mentis oculis incumbere, perpetuo vacare in rerum diuinarum contemplationem. In Dei aspectu, conspectu, contemplatione fixam, defixam habere mentem.

Disciplina. *disciplina, æ. doctrina, æ.*

* Disciplinarse. *Flagris, vel flagellis se cædere, se acriter verberare, corpus verberibus afficere.*

Discipulo. *discipulus, i. Alumnus disciplinæ alicuius, auditor alicuius, qui in alicuius disciplinam traditus est.*

Discorde. *discors, dis.*

Discordia. *discordia, æ. dissidium, ij. dissentio. Animorum disiunctio.*

Discordar. *discordo, as. dissentio, dissideo, discrepo, as.*

Viuen en perpetua discordia. Sententiis, opinionibus perpetuo discrepant, discordant. Nũquam eorum sententiæ congruunt. Numquam eorum idem sensus, idẽ iuditium est, non eadem voluntas. Est perpetua inter eos opinionũ, volun-

voluntatum, animorum dissimilitudo, magnum dissidium. Semper diuersa sentiunt. Semper dissidēt, dissentiunt.

* Disculpa. *Vide* Escusarse.

Discurrir. *Ratiocinor, aris. Mente agitare, excogitare.*

Discurso, o entendimiẽto. *Mens, tis. ratio, onis.*

Discurso, obra del entendimiento. *Ratiocinatio, onis.*

Discurso de tiempo. *Temporis progressus, processus, lapsus, discursus.*

Discurrir de vna parte a otra. *Vagor, aris. peruagor. volito, as.*

Discurrir por diuersas tierras. *Peragro, as. percurro, is.*

Disforme de cuerpo. *Vide* Grande.

Disfraçarse. *Alienam personam induere. fingere, simulare.* * *Mutare vestes, induere laruam.*

* Disfraçado. *Personatus, laruatus, larua indutus, ore inuoluto iter facere.*

Disfraz. *Vestiũ, mutatio, larua persona.*

Disminuyr. *Minuo, is. diminuo, is. Imminuo. De aliqua re detrahere, adimere, auferre.*

Disparates, o bouerias. *Ineptię, arum. deliramenta, delirationes.*

Disparar la artilleria. *Displodere, emittere tormenta bellica.*

Dispensar. *Legibus aliquem soluere, aliquo vinculo soluere.*

Disponer. *dispono, is. Vide.* Ordenar.

Disponer de las cosas. *dispenso, as.*

Disposicion, orden. *dispositio, onis. ordo, inis. collocatio, methodus.*

Disposicion de animo, o cuerpo. *Habilitas, tis. affectio, onis.*

Disposicion, o coyuntura de negocios. *Opportunitas, tis.*

Dispuestó. *Aptus, habilis, natus & aptus, accommodatus, appositus, paratus ad omnia.*

Disponeos para trabajos. *Animum para, compara, firma ad labores.*

Dispuesto bien, o mal. *Bene aut male affectus, vel animo, vel corpore.*

Disputa. *disputatio, onis. disceptatio, cõcertatio.* * *Certamen, quæstio, congressus, palestra literaria, conflictus, contentio. Vide* Argumento.

* *Apaziguar la disputa.* Sedare cõtrouersiam. Dirimere, profligare quæstionem.

Disputar. *disputo, as. dissero, is. Argumentor, concerto, de re aliqua disceptare, controuersor, aris.*

* Disputar de cosas inutiles. *de lana caprina disputare, de fumo, de asini vmbra, de fabellis anilibus, de nugis, de rebus nullius ponderis, & mométi.*

Dissension. *dissentio, onis. Vide* Discordia.

Dissimular. *dissimulo, as.*

Dissimulò biẽ su dolor. *Animi dolorẽ vultu texit, & taciturnitate celauit. Summa animi moderatione continuit. Hilaritatis simulatione texit. Fronte, atque vultu dissimulauit, occultauit.*

Dissimular con alguno en algo. *Cõniueo, es.*

Dissimulacion. *dissimulatio, onis. dissimulantia, æ.*

Dissimulador. *Simulator, oris.*

Dissimuladamente. *dissimulanter, obscure.*

Dissimulado hombre. *Homo tectus.*

Dissipar los bienes. *dissipare bona, patrimonium dilapidare, disperdere, distrahere.*

Dissipador. *Dissipator, oris. decoctor, (oris.*

Dissolucion en maldades. *Nequitia, æ. diuersorum flagitiorum omnium, officina nequitiæ.*

Dissoluto. *dissolutus, & profusus, & perditus.*

Dissuadir. *dissuadeo, es. dehortor, dehortaris.*

Ninguno me dissuadira esto. Nemo me de sentẽcia depellet, detrudet, deterrebit; a sententia abducet, in aliam sententiam trahet. Hanc ex animo opinionẽ nemo mihi euellet. Opinionem, quam mente cõprehendi, nullius oratio cõuellet, aut labefactabit, [illegible] nullius oratio poterit. Ab ea me nemo auertet, nemo dimouebit.

Distancia. *distantia, æ. interuallum, interualli.*

Distilar. *distillo, as. destillo, as.*

Distilarse. *destillo, as. distillo, as.*

Distilar en otra cosa. *instillo, as.*

Distilacion. *distillatio, onis.*

Distinguir. *distinguo, is.*

Distinguir vno de otro. *Separo, as. Secerno, is. disiungo, is. discerno, is.*

Distinguir la clausula con sus pũtos. *Interpungo, is. distinguo, is.*

Distinguir con variedad. *Variare, & distinguere orationem, &c.*

Distinguirse vna cosa de otra. *differre, dissidere distare inter se res aliquas, plurimum interesse, longum reperiri distãtiæ interuallum inter aliqua. Lõgo interuallo secerni, separari aliqua longe, diuersæ, seiũctæ hæ res sunt. Longe diuersa est earum ratio.*

Distincion. *distinctio, onis. discrimen, inis.*

Distincion, o apuntació en la clausula. *Interpunctio, onis. interpunctum, i.*

Distintamente. *distincte, dispositè.*

Distintamente hablar, o explicar alguna cosa. *Articulatim, articulate, enodate.*

Distraer a alguno. *Auoco, as. abduco.*

Distraer a alguno a que sea vicioso. *Deprauo as. corrumpo, is.*

Distraerse el coraçon facilmente. *Facile animus a rerum cœlestium cõtemplatione abducitur, euocatur, seuocatur, in varias cogitationes distrahitur.*

Distribuyr. *distribuo, is. Partior, iris. diuido, is. dispartior, iris. dispartio, is. Tribuere aliquid in partes.*

Distribuyr [illegible] *Decuriare, sic centuriare.* De ciento en ciẽto.

Distribuyr dineros. *Pecunias in pauperes erogare.*

Distribuydor. *Distributor, oris.*

Distribucion. *distributio, onis. diuisio.*

Ditamo yerua. *Dictamnum, i.*

Diuerso. *diuersus, longe alius. Totus alius. Fere contrarius, dissimilis.*

Diuersidad. *Varietas. dissimilitudo.*

Diuersamente. *diuerse.*

Diuerso, o variamente. *Varie dissimiliter, diuerse, discriminatim.*

Diuertir, o recrear a alguno. *Recreare aliquem. alicuius animum reficere, curis leuare, a cogitationibus molestis abstrahere, deducere, auocare.*

Diuertirse, o recrearse. *Animum suum oblectare.*

Diuertimientos. *Animi oblectamentum. Oblectatio, onis. Animi libera quędã oblectatio.*

* Diuertirse, distraerse. *Alias res agere. Alias res agentes multa prætereuolant, vagari, diuagari animo, vel mente,*

mente, Huc, illuc. Abesse animo longissime. Abesse animis qui adsunt corporibus, diffusio animi. Agis ne mecum, an non.

Diuidir. *diuido, is. partior, iris.*

Diuidir, o partir por medio. *Seco, as. diuido, is. dispertior, iris.*

Diuision. *diuisio, onis. Partitio, distributio, onis.*

Diuision de voluntades. *Dissidium, ij. Vide* Discordia.

Diuision de aguas. *Aquarum diuortia.*

Diuision de lo q̃ se parte. *Sectio, onis.*

Diuina cosa. *Diuinus, a, um. diuus poetis.*

Diuinidad. *diuinitas, numen. diuina natura.*

Diuinamente. *diuine, diuinitus.*

Diuorcio. *Diuortium, discessio coniugum. Affinitatis dissidium.*

Diuulgar. *Diuulgo, as. prædico, as. percelebro, as. In vulgus aliquid proferre, in lucem proferre.*

Diuulgarse. *Peruulgari aliquid. Emanare in vulgus. Manare vel alicuius famam, permanare, peruagari, celebrari in ciuitate, vagari, percrebescere.*

Dixes de niños. *Crepundia, orum.*

Dizese. *Rumor est, fama est.*

Dizese que Alexandro. *Dicitur, fertur, memoratur, traditum perhibetur Alexander ille magnus ... urbem expugnasse.*

Doblada cosa. *duplex, icis.*

Doblado, o doblado en la malicia. *Astutus, veteratorius, vafer, veterator, versutus, validus, malitiosus.*

Doblar. *duplico, conduplico, gemino.*

Dobladura, doblez, o pliego. *Plicatura, æ.*

Doblar, o doblegar. *Flecto, is. inflecto.*

Dobladura. *Flexio, onis. inflexio.*

Cosa que se pueda doblar. Flexibilis, e.

Doblado de dos doblezes. *Duplus, a, um.*

Doblez. *Simulatio, onis. Fucus, i.*

Docil. *docilis, e.*

Docto. *doctus, perdoctus, literatus, eruditus, pereruditus, doctrina excultus. Literis perpolitus. Homo abundanti doctrina, atque optimarum artium studijs eruditus. Vir præclara eruditione, atque doctrina ornatus. Homo peritissimus, & exemplorum, & omnis vetustatis, in quo multæ sunt literæ, & hæ quidem reconditæ, & exquisitæ. Omni liberali doctrina politissimus. Summe omnium doctrinarum studiosus. Eruditissimis studijs præditus, studijs liberalissimis, & doctrinis. In omni disciplinarum genere summa cum laude, & admiratione versatus. Maximos scientiarum omnium thesauros possidet. Vir & natura admirabilis, & exquisita doctrina, & singulari industria: literarum splendore florentissimus.*

Doctamente. *docte, perite, erudite, scienter.*

Doctrina. *Doctrina, æ. disciplina, eruditio, institutio.*

Doctrina Christiana. *Rudimenta fidei. Vide* Enseñança Doctrina.

Doctor. *doctor, oris.*

Dogal. *Laqueus, i.*

Dolencia. *morbus, ægritudo, aduersa valitudo. Vide* Enfermedad.

Dolerse. *doleo, es. condoleo, indoleo. condolesco, is.*

Dolerse de alguno. *vicem alicuius dolere.*

Dolor. *dolor, oris. Acerbitas, animi. Vide* Pena.

Tengo grandes dolores. Sum totius corporis doloribus oppressus. Intolerabili dolore laceror. Me totius corporis dolores pungunt. Dolorum stimuli pungunt. Faces mihi dolores admouere videntur. Datum pro doloribus. Cōficit me dolorum magnitudo, neque vlla habet interualla quietis. Conficiunt me dolorum morsus acerrimi.

Es grande el dolor de mi coraçon. Angor intimis sensibus. Hæret animo infixus acerbissimus dolor. Dolore tabesco. Quotidianus mæror me lacerat, & conficit. Animi dolore dirumpor. Nulla mihi dat animi mei dolor interualla. Ardeo dolore. Insidet in animo acerbissimus dolor inueteratus. * Crucior, laucior, punior, contabesco, obruor, frangor, opprimor, disrumpor, consumor grauissimo dolore.

Vuestras cartas me quitaron el dolor, y pena que tenia. Tuæ literæ meum dolorem leuarunt, ac sanarunt. Meum luctum leuarunt. Me dolore, luctuque leuarunt. Mihi dolorem exhauserunt. Ex animo mærorem eripuerunt. Summo dolore liberarunt. Me omni molestia exemerunt, ab omni molestia vindicarunt. Meum dolorem lenierunt. Me ex magno mærore eripuerunt.

Domar. *domo, as. edomo.*

Domador. *domitor, oris.*

Domesticar las bestias. *Mansuefacere, condocefacere belluas.*

Domestico. *domesticus, a, um.*

Domestica fiera. *cicur, ris.*

Domingo. *dies dominicus.*

Don, o presente. *donum, i. Munus, eris.*

Donacion. *donatio, onis.*

Donar. *dono, as.*

Donayre. *Facetia, arum. Sales, ium. Lepor, oris. Festiuitas, tis.*

Donoso. *Facetus, festiuus, salsus, perfacetus. Lepidus, sale conditus, & facetijs affluens omni lepore, & venustate. Quo nemo sale, & suauitate cōditior. qui sales omnes, & facetias superat, vincit.*

Donosamente. *Festiue, lepide, belle, perfacete, salse.*

Donde, o a que lugar? *Quo?*

Donde, o en que lugar? *Vbi?*

Dondequiera. *Vbique.*

Dondequiera que. *Vbicumque.*

Donde quiera, o a qualquier lugar que. *Quocunque.*

Donzella. *Virgo, puella, virguncula.*

Dorada cosa. *Auratus, a, um. Inauratus.*

Dorada, pescado. *Aurata, a.*

Doradilla, yerua. *Asplenum, i.*

Dorar. *Inauro, as.*

Dormir. *dormire. Somnum videre, inire, captare, capere. Somno se dare. edormire.*

Dormir profundamente. *Arcte, & grauiter dormire.*

Dormir a sueño suelto. *In vtramuis aurem dormire. ducere somnos.*

Ya yo no duermo la siesta. Iam meridiationes detraxi. Meridiatione non vtor, non do operam somno diurno.

* Ha-

* *Hazer dormir a otro.* Sopire, consopire aliquem. Somnum immittere in aliquem: afferre, conciliare somnum alicui.

Passar la noche sin dormir, de claro, en claro. Ducere, traducere integram noctem in somnem oculis somnum non videre. tota nocte.

* Dormidera. *Papauer, eris.*

Dormilon. *Somniculosus.*

Dormitar. *Dormito, as.*

Dos. *Duo, a. duo.*

Dos años. *Biennium, ij.*

Dos dias. *Biduum, i.*

Dos juntos. *Ambo, æ, bo.*

Dos vezes. *Bis.*

De dos en dos. *Bini, a, a.*

Dos vezes mas barato. *Duplo minoris.*

Dos vezes mas caro. *Duplo pluris.*

Dos tantos. *Bis totidem.*

Dos tanto. *Alterum tantum.*

Dos tãtos mas. *Duabus partibus plures*

Dos casas juntas apegadas. *Duæ domus coniunctæ, continentes. quarum altera. alteri adiacet.*

Dosel. *Peristroma, atis.*

Dote. *Dos, tis.*

Dotado de ingenio, de virtudes, &c. *Præditus ingenio, virtutibus &c.*

Doze. *Duodecim.*

Dozeno. *Duodecimus.*

Doze vezes. *Duodecies.*

Dozientos. *Ducenti, a, a.*

Dozientas vezes. *Ducenties.*

Dozientas mil vezes. *Ducẽties millies*

D ante R.

Dragma. *Drachma, a.*

Dragon. *Draco, onis.*

Dromedario. *Camelus, i.*

D ante V.

Ducado de oro. *Aureus nummus.*

Dudar. *Dubito, as. ambigo, is. Hærere in aliqua re. Vertere in dubium. Hæsito.*

No ay que dudar en esto. Nullum de hac re dubium est. Dubitari nõ potest. Nullus dubitationi, nullus dubitandi relinquitur locus. Dubitationem res nullam habet. Minime ambigua est indubium venire non potest. Plane constat, patet, liquet. Perspicua, apertissima est, explorata, manifesta, minime obscura, luce ipsa clarior, quæ in dubium vocari non potest.

Dudoso. *Dubius, incertus, anceps.*

Muy dudoso me hallo. In magnam dubitationem adductus sum. Dubitatione æstuo. Magna quædam dubitatio animo iniecta est meo, non mihi consilij satis est. Non satis cõsilij habeo. Dubius, incertus sum. Non dispicio, non diiudico, vtrum eligam. Valde anceps sum. In ancipiti cura versor, in magna dubitatione. Pendet animus, fluctuat, laborat in cõsilio. Quid cõsilij capiam ignoro: exploratum, apertum, certum non habeo. Magnus me dubitationis æstus absorbuit. Dubia cogitatione, ancipiti cura distrahor, exitũ non reperio. * Auribus teneo lupum. Quid primum, aut vltimum? In triuio sum consilij. Triceps Mercurius. * In animo meo metus, cupiditasque pugnare videntur.

Duda. *Dubium, ij. addubitatio, onis. ambiguitas, tis. Hæsitatio.*

Sin duda. Absque dubitatione. contra vllam dubitationem. haud dubie.

Duelo.

Duelo. *Duellum, i. singulare certamen.*
Duelo. *Vide* Trabajos.
Dueño. *Dominus, i. herus, i.*
Duendes. *Dæmones, Lemures, larua.*
Dulce. *Dulcis, e, suauis, e.*
Dulcemente. *Dulciter, suauiter.*
Dulçora. *Dulcedo, inis. dulcitudo, inis. suauitas, tis.*
Duplicar. *Duplico, as. conduplico.*
Duque. *Dux, ducis.*
Dura cosa. *Durus, a, um.*
Duramente. *Duriter.*
Dureza. *Duritia, æ. durities, ei.*
Dureza de condicion. *Durities animi, duritas, acerbitas.*
Duro de condicio. *Inhumanus durus, ferreus, Auster.* * *Stips, ex ferro, aut calybe conflatus, ex silice natus, e saxo sculptus, e robore dolatus. Marpesia caute durior. Quæ nam aures tam duræ, quæ desilict ex crefa præcordia, & Hircanarum, Tygrium lacte nutrita possunt sine lachrymis hæc audire.*
Dubdible. *Tiennis, e.*
Durar. *Duro, as. maneo, es. permaneo, durare.*
Duracion de tiempo. *Spatium temporis, diuturnitas.*
Durazno. *Malum persicum.*

De litera E.

E ante A B C.

EA, acaba ya. *Age, agedum, age vero. Age iam, agite, cia.*
Echarse. *Cubo, as.*
Estar echado. Iaceo, es. Prostratum esse.
Echar. *Iacio, is. conicio, is.*
Echar hazia atras. *Abiicio, is.*

Echar por diuersas partes. *Disiicio, is. dispergo, is.*
Echar a fuera. *Eiicio, is proiicio, excludere aliquem, expellere.*
Echar alguno de algun lugar. *Eiicere, exturbare, expellere, arcere aliquem ex vrbe, domo, regno, detrudere, ex agro, depellere de possessione, pellere aliquem foro, domo, regno, sedibus.*
Echar en otra cosa. *Iniicio, is.*
Echar de si. *Abiicio, is. arceo, es. Repello, is.*
Echar lexos. *Proiicio, is.*
Echar, o poner debaxo. *Subiicio, is.*
Echar menos. *Aliquid requirere, desiderare. In desiderio alicuius rei esse.*
Echar sobre otra cosa. *Incumbere in aliquam rem.*
Echar mano de alguno. *Manus iniicere alicui, capere, comprehendere aliquem.*
Echar mano de lo mejor. *Optima quæque seligere.*
Echo mano de mi muchas vezes. *Mea sæpe vsus est opera.*
Echar vando. *Edictum pronunciare.*
Echar suertes. *Sortes ducere. Vide* Suertes.
Echar a las fieras. *Vide* Fieras.
Echar a vno de vna peña abaxo. *Præcipitare aliquem. Vide* Despeñar.
Echarse el mismo. *Præcipitare se. dare se, agere se præcipitem.*
Echar algo a la buena, o mala parte. *In bonam, vel malam partem accipere. Equi boniq; consulere. Meliorem, vel deteriorem in partem interpretari.*
Echar hondas rayzes. *Altas radices agere.*
Echar la culpa a otro. *Conferre culpam in aliquem. Adscribere culpam alicui.*

Echar

Echar maldiciones a vno. *Maleprecari, postem exoptare cui.*

Echaste me en afrenta. *Magnam tua causa ignominiam suby tuli. Vide* Afrenta.

Echan ya los arboles. *Gemmant iam arbores.*

Eclipsi. *Eclipsis, defectio Lunæ, vel Solis Luna terra interposita, interiectuq; desicit, se eclipsa la Luna.* * *deficere, vel obscurari lumen Solis, vel Solem lumine.*

E ante D.

Edad. *Ætas, tis, æuum, i.*

Es ya entrado en edad. Corroborata iam ætate est, & confirmata. Longius iam ætate processit. Iam se ille corroborauit, ac vir inter viro est, ætate prouectus est.

Es de edad de veynte años. Vigessimum annum attigit. Agit vigessimum ætatis suæ annum. Est ad viginti annos natus. Ætas illi est viginti prope annorum. Vigessimum annum fere expleuit, confecit. Nondũ excessit, egressus est.

Edad pequeña. *Ætatula, æ.*

Edad de la niñez. *Infantia, æ.*

Edad quando vno es mochacho. *Pueritia, æ.*

Edad de la mocedad. *Adolescentia, æ.*

Edad de la juuentud. *Iuuenta, æ. Iuuentus, tis.*

Edad quando vno es hombre. *Ætas virilis.*

Edad mayor. *Ætas ingrauescens, grandior, senectus, tis.*

Edad caduca. *Ætas decrepita.*

Edad gastada. *Affecta ætas, exacta, acta, & decursa, confecta.*

* *Tener mas edad que otro.* Antecedere, anteire aliquem ætate, præstare alicui ætate precurrere. Maior, grandior natu.

Edificar. *Ædifico, as. exædifico, as. construo, is. extruo, fabrico, coædifico, as. Fabricor, aris.* * *Condere, erigere, excitare turrim, quæ apice, & culmine cælum attingere videatur.*

Edificar en otra cosa. *Inædifico, as.*

Edificar otra vez de nueuo. *Reædifico, as.*

Edificio. *Ædificium, ij. Fabrica, æ. constructio, extructio, onis. exædificatio, ædificatio, onis.*

El que edifica. Architectus, i. ædificator, conditor vrbis.

Edifica a todos. *Magno exemplo, præclaro exemplo omnibus est.* * *Præbet, exhibet virtutis exemplum.*

Educacion. *Educatio, onis. Disciplina, æ.*

E ante F.

Efetuar. *Efficio, is. Reipsa facere, præstare re ipsa.*

Efecto. *Effectus, us. effectio, onis.*

Eficaz. *Neruosus, efficax, cis. Qui multũ habet efficacitatis.*

Eficacia. *Efficacitas, tis.*

Eficazmente. *Neruose, neruosius.*

Eficiente. *Efficiens, tis.*

Efimera. *Ephimeris, dis.*

E ante L.

Elada. *Pruina, æ. glacies, ei.*

Elarse. *Congelo, as. conglatio, as. Gelu duresco. Rigeo, obrigeo, obrigesco gelu.*

El dia siguiente. *Postridie eius diei.*

Electo. *Designatus, a, um.*

Elefante. *Elephantus, i. elephas, antis.*

Elegante. *Elegans, tis. Luculentus, concinnus, perelegans.*

Elegancia. *Elegantia, æ. concinnitas, is.*

Ele-

Elegantemente. *Eleganter, ornate, polite, enucleate, pereleganter.*

Elegir. *Eligo, is. deligo, is. seligo, is.*

Elegir por suertes. *Subsortior, tiris.*

Elegido han a vuestro hijo por Retor de la Vniuersidad. *Crearũt procrearunt, declararunt, denunciarunt, designarunt filium tuum nobilem adolescentem nostræ academiæ Rectorem. Tuũ filiũ scholæ præfecerunt. Tuo filio huius gymnasij præfecturã detulerũt. Filium tuum extulerunt, euexerunt ad amplissimam Rectoris dignitatem. Gymnasiarchæ munere cohonestarunt.*

Eleccion. *Electio, onis.* * *delectus, selectus.*

Tener buena eleccion. Habere tenere delectum.

Eleccion por suertes. *Subsortitio, onis.*

Elegir patron. *Adoptare patronum aliquem.*

Eleuarse. *Vide* Embouarse.

Eloquente. *Eloquens, tis. copiosus. copiosus ad dicendum. Copiose, sapienterque, dicens. Ornatus in dicendo. nõ indisertus.*

Eloquencia. *Eloquentia, æ. Dicendi grauitas, & copia. Summa copia, & singularis facultas dicendi. Dicendi copia. Vbertas ingenij. Diuinum quoddã atq; incredibile genus orationis. Orationis aureum flumen. Dicendi eximia vis. Vbertas orationis.*

Es hombre muy eloquente. Fluit eius eloquentia, abundatq; sonantibus verbis, vberibusque sententijs. Ex eius ore melle dulcior fluit oratio. Hominum animos dicendo facile tenet, atque allicit: voluntates impellit, quo vult; vnde autem vult, facile deducit, complectitur verbis quod vult, est illi vbertas orationis singularis. Verborum, ac sententiarum quibusdã quasi insignibus orationem mire distinguit, ac variat.

Eloquente oracion. *Oratio eloquens, copiosa, grauis, floribus dicẽdi aspersa, pigmentis oratorijs ornata, grata rerum, verborumq; varietate distincta, luminibus figurarum collustrata, illuminata, splendida. Tropis, schematisq; ornata, exornata, illustrata. Eloquentissimis verbis exculta, polita, perpolita. Sententiarum grauitate ampla, sublimis, grandiloqua. Copia, & abundantia aucta, locupletata, dilatata. oratio calamistrata, opima, luculenta, dulcis, suauis, ornamentis, quasi luminibus, & stellis splendens, quibusdam veluti condimentis grata, iucunda, placida.*

Eloquentemente. *Diserte, eloquentissime. Magna cum eloquentia.*

E ante M.

Embaçarse. *Stupeo, es. obstupeo, obstupesco.*

Embaçado, o pasmado. *Stupidus.*

Emballamar los muertos. *Cõdire mortuos, mortuorum cadauera.*

Embaraçar. *Impedio, is. Moram alicuĩ afferre. Distinere aliquem. Impedimẽto esse alicui.*

Embaraço. *Impedimentum.*

Embarcar. *Imponere quid in nauim.*

Embarcarse. *Ascendere, conscendere in nauim.*

* Embarcar la gente. *Imponere naui milites. Complere, explere militibus nauim.*

Embarcacion. *Ascensus in nauim.*

Embarcacion, o flota. *Classis, is.*

Embar-

Embargar la obra que se edifica. *Ædificationem impedire, ædificationi obstare,*
Embarnizar. *Illino,is.*
Embaucar. *Præstigijs aliquem decipere, eludere.*
Embaucamiento. *Præstigiæ,arum.*
Embaxada. *Legatio, onis.*
* *Hazer la embaxada.* Obire, suscipere legatum.
Embaxador. *Legatus,i. Nuncius,i.*
Embeuer. *Imbibo,is.*
Embeuecerse. *Stupeo, es. obstupeo, obstupesco, stupidum teneri.*
Embeuecido. *Stupidus.*
Embiar. *Mitto,is. emitto,is.*
Embiar con embaxada. *Lego,as. allego. Cum legatione aliquem mittere.*
Embiar por varias partes *Dimitto,is.*
Embiar segunda vez, o tornar lo embiado. *Remitto,is.*
Embiar delante. *Præmitto,is.*
Embiar, o echar de si lexos. *Amando, as. ablego,as. remoueo,es.*
Embiar de la otra parte. *Transmitto, is.*
Embiar algo de la mesa. *E mensa aliquid mittere.*
Embiar socorro a la guerra. *Suppetias ferre. Subsidium, auxilium submittere.*
Embidia. *Inuidia, æ. maleuolentia, æ. inuidentia ę. Liuor,oris. æmulatio.*
Tener embidia. * Inuidere optimam alicuius naturam: inuidię stimulis agitari, disrumpi, contabescere inuidia: dolere, angi aliena laude. Ardere inuidia, flagrari, cóflagrari inuidię incendio. cæco liuore corrumpi, concitari. inuidiæ vitio laborare. Secundiorem alicuius fortunam ægris oculis conspicere. rebus aliorum opimis cruciari. Alienis opibus, aut honoribus torqueri.
Embidioso. *Inuidus, libidus. * æmulans, æmulus, æmulator.*
Emblanquecer, o blanquear. *Dealbo, as.*
Emblanquecerse. *Albesco,is. exalbesco, is.*
Emboluer. *Inuoluo. Conuoluo,is.*
Emboltorio. *Inuolucrum.*
Emboltorio de cartas. *Fasciculus.*
Emboscarse. *In syluam se abdere, recipere.*
Emboscada de enemigos. *Hostes in insidijs positi.*
Embotar. *Retundo,is. obtundo. Aciem perstingere.*
Embotarse. *Hebeo,es. Hebesco,is.*
Embotar el entendimiento. *Hebetare ingenij aciem. Reddere hebetem mentis aciem; obtusum, retusum ingenium.*
Embouarse. *Stupeo,es.*
Embouado. *Stupidus,a,um.*
Embouamiento. *Stupor,oris.*
Embrauecerse. *Sæuio,is. Ira concitari.*
Embrauecimiento. *Feritas, tis. Sæuitia, æ.*
Embrauecer a otro. *Aliquem efferare; ferum reddere, in furorem agere: Ad feritatem excitare, concitare, mouere, commouere, impellere.*
Embriagarse, embriaguez. *Vide* Borracho.
Embudo. *Infundibulum,i.*
Embutir. *Farcio,is. refercio.*
Emendar. *Corrigo,is. emendo,as.*
Ya ha emendado su mala vida. Iam de vitijs, ac flagitiorum turpitudine

ne cogitandi finem fecit: emersit iam ex miserrimis flagitiorũ sordibus. Animum, mentem, cogitationem a vitiis abduxit, auocauit. iam frugi factus est. Ad pietatem, religionéq; remigrauit. Iam illius mens ab improbis cogitationibus discessit. Ad bonam se frugem recepit. Reduxit calculum, vel funẽ. Retrorsum vela dedit. Talum reposuit. *Vide* Conuertirse.

Emine icia en las pinturas. *Eminentia, æ.*

Eminente. *Qui inter alios eminet: excellens, eximius, præclarissimus, eximio ingenio, eximia aliqua arte prędiтus.*

Eminencia. *Excellentia, ę. eximia facultas ingenij, dicendi, &c.*

Eminentemente. *Preclarissime.*

Emmudecer. *Obmuteo, es. obmutesco, conticeo, es.*

Empacho. *Pudor, oris.*

Empacharse. *Pudore subrustico impediri, præpediri.*

* Empalar. *Sudibus aliquem infigere, suffigere præacuto palo.*

Empadronar los ciudadanos. *Cēseo, es.*

Empadronamiento. *Census, us.*

Emparentar con alguno. *Vinculo affinitatis cum aliquo coniungi. Affinitatem contrahere cum aliquo. deuincire se affinitatem cum quo.*

Empeçar. *Vide* Començar.

Empegar. *Pice oblinire.*

Empeyne. *Impetigen, inis.* * *Lichen, inis.*

Empellon. *Impulsus, us.*

Empeñar. *Oppignero, as. Pignori aliquid dare.*

Empeño la casa por cien ducados. *Domum pignori opposuit ob centum nummos.*

Empeñado. *Æratus, obæratus, obstrictus, oppressus ære alieno.*

Empeñarse. *Æs alienum contrahere.*

Empeñar su palabra. *Obligare alicui suam fidem. dare suam fidem cui. interponere suam fidem. recipere omnia se facturum. Vide* Palabra.

Empeorar. *Peiorem, aut deteriorem aliquem fieri.*

Empeorar el enfermo. *Deterius valere. Peius habere. Morbum ingrauescere.*

Emperador. *Imperator.*

Emperatriz. *Imperatrix.*

Emperezar. *Pigresco, pigror, aris.* * *Desidere, occupari, opprimi inertia alicuius animum.*

Empero. *Vero, veruntamen.*

Empinar. *Attollo, is.*

Empinarse. *Efferri, insolescere, superbire. Vide* Ensoberuecerse.

Emplasto. *Fomentum, i.*

Emplazar. *Diem alicui dicere. Cito, as.*

Emplear. *Insumo, is. Impendo, is.*

Bien empleada está en Antonio la buena obra que le heziste. Bene apud Antonium beneficium collocasti. Beneficium in Antoniũ contulisti magno eius merito: bene apud illum positum est.

Todo me empleo en mirar por vuestra honra. Omnis mea cura, atque labor in tua dignitate tuenda cõsumitur. Omnia mea studia tuæ laudi, gloriæque dicaui; ad tuam laudem, dignitatemque defendendam contuli. In tuam laudem toto animo incumbo. Mea omnia studia in tua dignitate tuenda fixi, & locaui.

Emplear dineros en alguna cosa. *Collocare pecunias in aliqua re. Vide* Gastar.

Emplear mal su trabajo. *Operam perdere, industriæ suæ fructus perdere. Opera periit, & oleum. Male operam ponere in aliqua re.*

Emplumar. *Plumis vestire, tegere aliquem.*

Emplumado. *Plumatus,a,um.*

Empobrecer. *In paupertatem, in egestatem, inopiam venire, deuenire.*

Emponçoñar. *Veneno aliquid inficere.*

Emponçoñado. *Veneno infectus. Venenatus.*

Emprender alguna cosa grande. *Magnum aliquid, & egregium suscipere, aggredi. Ad res præclaras animũ adiicere, animum applicare, adiungere. Magnum aliquid petere. Ad summa contendere. Magna conari.*

Emprenta. *Prælum,i. Typus,i.*

* *Botica de Impressor.* Officina Typographi.

* *Matricula de la Emprenta.* Archetybus æreus.

* *Donde estan los abecedarios.* Arcapatula.

* *Los caxoncitos donde està cada letra.* Loculi.

* *Las balas con que apegan la tinta.* Pelliceæ pilæ.

* *El componedor.* Cõpositor formularum.

* Empressa. *Consilium, ij. inceptum,i. conatus.*

* *No salir con la empressa.* Discedere ex irrito conatu, irrito incæpto, infectare. Non successit res, non processit ex animi sententia. Secus longe accidit: in nihilũ accidit. Omnes eius conatus, cogitata, consilia penitus conciderunt. Nequaquam alicui, vt sperasset, ea quæ cogitasset procedere.

Emprestar. *Commodo,as. Vtendum dare aliquid commodatum, vsum concedere rei.*

Emprestado. *Commodatus,a,um.*

Emprestar dineros. *Dare pecunias mutuas.*

Emprestido. *Mutuatio, onis.*

Emprestado. *Mutuus,a,um.*

Empuñadura. *Capulus,i.*

Empuxar. *Impello,is. trudo,is.* * *Impingo, compingo.*

Empuxon. *Impulsus,us.*

E ante N.

Enagenar. *Alieno,as. abalieno.*

Enagenado, fuera de si. *Extra se positus, vt pene alienata mente videatur.*

En alguna manera. *Aliquo modo, aliqua ratione, quadãtenus Aliquatenus.*

En alguna manera me huelgo. *Ex parte aliqua, ex parte gaudeo.*

En algun tiempo. *Aliquando.*

En algun lugar. *Alicubi.*

Enamorarse de alguna cosa. *Capi, allici, incendi amore alicuius rei.* * *Conflaglare, ardere.*

Enamorado. *Amans,tis. amore captus, correptus.*

Enano. *Pusio,onis. pygmæus,i.*

Enastar la lança. *Lanceæ ferreum præfigere, vel hastæ.*

En breue. *Breui, celeriter.*

Encadenar. *Catenis ligare.*

Encalar la pared. *Parieti ex calce tectorium inducere.*

Encallar la nao. *Hærere in scopulis. Breuibus illidi vadis.* * *Hærere in salebra.*

En-

Encallecer. *Calleo,es. obcalleo,es.*

Encaminar. *Viam alicui monstrare. In viam inducere aliquem.*

Encamina bien sus negocios. *Rem ille recte ducit, ac promouet. Prudenter gerit negotia. Recte illi negotia procedunt.*

Encañada agua. *Accersitus, & ductus ab ipso capite riuulus.*

Encanecer. *Canesco,is. caneo,es.*

Encantar. *Cantionibus ligare aliquem.*

Encantamento. *Cantio,onis. carmen.*

Encapotado, o ceñudo. *Toruus aspectu qui depresso supercilio alios aspicit.*

Encarcelar. *In carcerem aliquem conticere. Dare aliquem in vincula. Vide* Carcel.

Encarecer las viandas. *Pretium augere Annonam cariorem, duriorem reddere, facere.*

Encarecerse. *Ingrauescere annona. Difficultas annonæ consecuta est.*

Encarecer alguna cosa. *Rem verbis augere, commemorando augere. Veritati aliquid affingere, de suo addere.*

Encartar. *Proscribo,is.*

Encargar alguna cosa a otro. *Dare alicui mandata. Onus officij imponere. Aliquid præcipere; committere, imperare.*

Encargarse. *Suscipere aliquid. In se aliquid recipere.*

* Encarnarse el hijo de Dios. *Induere, assumere naturam humanã, se humana carne vestire, copulari arctissimo vinculo naturæ humanę, coniungi.*

Encarnacion. *Diuinæ naturę cũ humana coniunctio, copulatio, hypostasis.*

Encaxar. *Includo,is.*

Encella. *Fiscella,æ.*

Encenagado. *Oblimatus,a,um.*

Encenagado en vicios. *Vitiorum, & flagitiorum cœno immersus. Vide* Vicioso.

Encender. *Accendo, incendo, inflammo.*

Encenderse. *Ardeo,es. flagro,as. exardesco,is. conflagro,as.*

Encendido. *Succensus, Inflammatus, ardens.*

Encender fuego. *Excutere, elicere ignẽ in venis silicis abstrusum.*

Encensario. *Turibulum, i.*

Encerrar. *Concludo,is. includo, is.*

Encerrar los frutos. *Fructus condere.*

* Enchir. *Impleo, es. repleo, compleo. Vide* Cumplir.

Encia. *Gingiua,æ.*

Encima. *Supra, super.*

Encoger. *Contraho,is.*

Encogimiento. *Contractio.*

Encogimiento, o verguença. *Pudor, oris. rubor, verecundia.*

Encolar. *Conglutino,as.*

Encolerizarse. *Irasci. Iracundia. Efferri, incendi, inflammari. Vide* Enojarse.

Encomendar a alguno. *Commendo,as.* * *Committo, is. commendatione vti.*

* Yo te encomiendo estos libros. *Hos libros tibi commendo.*

Encomiẽdoos mucho a Antonio. Sic Antonium tibi cõmendo, vt maiori studio commendare non possim. Ea commẽdatione qua maior esse nulla potest; quæ potest esse diligentissima. Cura, vt Antonius intelligat, meã commendationem non vulgarem fuisse. Totum hominem tibi trado de manu (vt aiunt) in manum. Peto a te maiorem in modum vt ei omnibus in rebus, quantum tua fides, dignitasq; patiatur,

tiatur, commodes. Gratius mihi facere nihil potes, quã si eum omni studio, omnibus in rebus iuueris: humanitate tua comprehenderis, complexus fueris.

Encomiendas de palabras. *Mandatũ, mandati.*

* *Dar besamanos, o encomiendas.* Salutare aliquem, salutem dicere, vel nuntiare alicui.

Encomendadme a vuestro hermano. *Salutem fratri tuo meis verbis nũtia. Meis verbis, meo nomine fratrem saluta. Salutem impertire fratri tuo. Saluere fratrem iubebis meo nomine. A me saluere iubebis fratrem. Ascribe salutem, subscribe meis verbis.*

Encomienda de Orden de Santiago, &c. *Insigne Ordinis diui Iacobi.*

Enconar la llaga. *Exulcero, as.*

Encontrarse peleando. *Confligo, is. congredior, eris, concurro. Signa conferre.*

Encontrar en el camino. *Occurrere alicui obuiam. Obuiam alicui fieri, occurrere, incidere, incurrere in aliquem venientem.*

Encorar arca. *Corio arcam vestire, munire, tegere. Corium arcæ obducere.*

Encoruarse. *Incuruesco, is.*

Encoruado. *Incuruatus, incuruus.*

Encorporar vn Colegio. *Coopto, cooptas.*

Encrespar. *Crispo, as.* * *Intorquere capillos, vnde introiti capilli, cincinni, & subcrispi.*

Encrespado. *Clamistratus, a, um. Cincinnatus.*

El instrumẽto para encresparse. Calamistrum, i.

Encruzijada. *Binium, ij. compita, orum.* De tres caminos. *Triuium, ij.*

Encrudecerse. *Crudesco, is. recrudesco.*

Encruelecerse. *Sæuio, is.*

Encubar. *In culeum insuere aliquem.*

Encubierta cosa. *Occultus, a, um. Abditus, reconditus, abstrussus.*

Encubrir. *Celo, as. tego, is.*

No se pueden encubrir tus ruyndades. Tua flagitia occultari nõ possunt. Obscura nemini sunt: latere non possunt. Nullis simulationum inuolucris tua teges flagitia. Obscurare facinora non potes. Nõ priuata tua domus parietibus tuorũm scelerum voces continere potest. Non tam obducta sunt tua vitia, vt curiosis oculis perspici non possint. Tuorũ flagitiorũ integumẽta noli quærere quę sunt luce ipsa clariora: quæ patẽt omnibus.* Extãt, remanent, requiescũt assiduo tuorum scelerũ expressa vestigia. Tenuitas hominis eiusmodi est, vt dissimulare nõ queat, atq; cũ magis elucet eò magis occultatur, vt ne vestigiũ quidem probitatis, vel eloquentiæ appareat.

Encuentro de batalla. *Cõflictatio, nis. congressus, us. congressio, onis.*

Encuentro en el camino. *Congressus, us.*

Salir al encuentro. Obuiam ire alicui. Exire, procedere, occurrere, prodire. Ferre se obuiam alicui, venire properare.

Encũbrar, o alabar. *Vide* Alabança.

Encumbrar en honra. *Vide* Dignidad.

Endechas. *Cantilena lugubres, querimonijs plena.*

Endechadera. *Prafica, a.*

Endemoniado. *Fanaticus, a, um. energumenus.*

Endereçar. *Dirigo, is.*

* Endereçar sus pensamiẽtos a Dios. *Dirigere, reuocare, referre, destinare, intendere cogitationes suas ad Deum. Hæc meta mearum cogitationum norma regula metienda, et regenda.*

Enderredor. *Circum, circa.*

Endiuia, yerua. *Intybus, i.*

Endulçarse. *Dulcesco, is.*

Endulçar. *Dulce aliquid reddere.*

Endurecerse. *Obdureo, es. obduresco, is.*

Enebro. *Iuniperus, i.*

Eneldo, yerua. *Anethum, i.*

En el mismo lugar. *Ibidem.*

Enemigo publico. *Hostis. Vnde Hostilis, hostiliter.*

Enemigo particular. *Inimicus.*

Enemistad. *Inimicitia, æ. simultas, tis.* * *Odium, inuidia, maleuolentia, alienatio, abalienatio.*

Enemistarse. *Inimicor, aris.*

Con muchos os aueys enemistado. Graues multorũ inimicitias suscepisti. Multas simultates suscepisti. Multũ in te odia cõcitasti, incẽdisti. Multos ad inimicitias vocasti. Cũ multis ipse tibi inimicitias indixisti. Cũ multis deinceps inimicitias geres, exercebis. Graues subibis inimicitias. Incurristi, venisti in inimicitias, simultates, odia.

* *Sembrar enemistad, o discordia entre algunos.* Alienare, abalienare aliquem, vel alicuius voluntatem ab aliquo: dirimere coniunctionẽ inter aliquos: vocare, adducere aliquem in odium aliorum, vel apud aliquos. Incitare, excitare, incendere, inflammare odium in se, vel in alium. Conflare inuidiam alicui. Disiungere, auocare, distrahere aliquem ab alicuius familiaritate. Dum pacem ostentas odia concitas.

Enemistado. *Inimicus, a, um. infestus, infensus. Aduersus, abalienatus ab aliquo.*

Enerizarse. *Horreo, es. cohorreo.*

Enero. *Ianuarius, ij.*

Enfadar. *Fastidio esse alicui, satietatẽ afferre, fastidium. Offendere aliquem.*

Enfadarse. *Fastidio, is. Stomachor, aris. indignor, aris. Moleste fero.*

* *Este negocio me enfada, me da en rostro.* Afficior, defatigor, defessus sum, capior satietate huius rei. Cõficior tædio, confectus sum, tenet me, cæpit me satietas huius rei. Hæc res multum affert satietatis, & fastidij parit, affert fastidium, & nauseam. Est mihi fastidio.

Enfado. *Fastidium, satietas, tis. tædiũ.*

Enfadoso. *Fastidiosus.*

Enfadosamente. *Fastidiose.*

Enfermar. *Ægroto, as. In morbum incidere, delabi. Morbo tentari.*

Enfermedad. *Morbus, i. ægritudo, inis.*

Enfermizo. *Vide* Achacoso.

Grande es la enfermedad que tiene. Graui vrgetur morbo, affectus est. Decumbit in lecto periculose. Graui, periculoso est. Tanti morbo. Mortifero morbo confectus pene est. Morbus in venis, medullisque insidet. Grauissimo laborat morbo. Decumbit graui oppressus morbo. Tabescit misero, diuturnoque morbo.

Enfermo. *Ægrotus, æger. Homo infirma,*

perdi-

perdita, ægra valetudine, qui ægro corpore est. Languidus.

Siempre está enfermo este hombre. Ægrotat semper hic homo, semper ægritudine vexatur afflicta valetudine decumbit, toto vitæ tempore lecto tenetur æger, morbo affect', frigore, & labore implicitus. Semper est ægro corpore, infirma, incommoda aduersa vtitur valetudine. vi morbi assidue tentatur. febri semper laborat. Nunquam recte valet. Nullum videt tempus sine morbo. Nullam experitur morbi remissionẽ. semper languidus, est, debilis, imbecillis.

Algo está aliuiado el enfermo. Grauitate valetudinis paululũ videtur leuatus. Aliqua videtur esse morbi remissio. valet maiusculè. Est illi meliuscule. Aliquantulũ videtur esse ex vi morbi recreatus.

Enfermedad de ojos. *Lippitudo, inis.*

Enfermedad q̃ se pega. *Contagium, ij.*

Enfermedad larga. *Magnus, & diuturnus, & iam desperatus morbus. desperata salus.*

Enflaquecer. *Languesco, is. langueo, es. flaccesco, is. debilitari corpus inane, extabescere.*

Enflaquecer a otro. *Debilito, as. infirmo, as.*

Enfrenar el cauallo. *Freno, as. Frenum iniicere.*

Enfrenar los malos desseos. *Frenare, reprimere, tenere, coercere, cohibere, libidines, cupiditates.*

Enfrente. *E regione.*

Enfriar. *Frigefacio, is. perfrigerare.*

Enfriarse. *Frigesco, is. frigeo, & algeo, es.*

* Enfriarse, entibiarse. *Languere. languescere. Languidiorem, remissiorem, remissiorem indies fieri: deferuere, deferuescere hominum studia, restringui ardorem pristinum; imminui, debilitari cupiditatem acerrimam, ardor animi consedit, impetus animi resederunt, remittere animum aliquid de seueritate.*

Enfriar a otro. *Restinguere alicuius ardorem. Languefacere excitatum; languidiorem reddere. Langorem animis aliorum afferre.*

Engañar. *Decipio, is. fallo, is. fraudo, as. Deducere aliquem in fraudem, impellere. Verba dare alicui. Inducere in fraudem. Facere fraudem alicui. Ludo, is. eludo, is. impono, is. Frustror. caluo, is. Salust.* Lacto, as. Vide* Halagar.

No pretendo engañar a nadie. Nemo me fraudulentum, fallacem, astutum insidiosum, dolosum deprehendet. Longe absum ab omni dolo, atq; fraude a nectendis fraudibus, struendis insidiis, dolis comparandis, ab omni simulandi, fallendi arte.

Si no me engaño assi es. Ni me animus fallit. Nisi forte fallor. Nisi mea me ratio, me animus fallit, res ita se habet.

Engañamonos. *Consilio lapsi sumus. Errore ducti sumus. Lapsi sumus humano errore. Capti sumus errore.*

Engaño. *Fraus, dis. fraudatio, onis. dolus, i. fallacia, arum. * Præstigiæ, arum. circumscriptio.*

Engañador. *Fraudator, oris. fallax, cis. dolosus, insidiosus, veteratorius, fraudulentus. Fucosus, factus totus ex fraude*

de fallacijs assuetus, totus ex mendatio, & fraude compositus. dolis instructus, & arte pelasga.

Engañosamente. *Fraudulenter, fallaciter, subdole, captiose, dolose.*

Engastar en oro, o plata, &c. *Auro, vel argento, aliquid includere.*

Engendrar. *Genero, as. gigno, is. procreo, as.* * *Habere, suscipere filios ex vxore.*

Engendrar amor en alguno. *Ingenero, as. ingigno, is. excito, as.*

Engendrador. *Gignitor, oris. generator.*

Engerir. *Insero, is. vnde insitiones arborum.*

Engolfarse. *In altum provehi.*

Engordar. *Pinguesco, scis. Nimis pinguẽ fieri. Obesum fieri. Nimiã pinguedinem induere. Reddi pinguiorem.*

Engrandecer. *Magnifico. Vide* Alabar.

En grande manera. *Valde, vehementer, non vulgariter, non mediocriter. Summopere, magnopere, maximopere. mire, mirifice, mirum in modum.*

Engrudo. *Gluten, inis. Glutinum, i.*

Engrudar. *Conglutino, as. Agglutino.*

El que engruda. *Conglutinator. Vnde, conglutinatio.*

Engullir. *Deuoro, as. Voro, as. deglutio, is.*

Enhastar. *Vide* Enastar.

Enhastiar. *Fastidium afferre alicui.*

Enhastiarse. Enhestarse. *Tædet, ebat.*

Enhestar. *Erigo, is.*

Enhechizar. *Veneno inficere. Veneficiis vti.*

Enhertar. *Intrico, as. Implico, as.*

Enhilar. *Filum per acus foramen ducere, foramini inserere.*

En hora mala. *Abi in malam rem, in malam crucem. in malam pestem. malis auibus.*

Enigma. *Ænigma, tis.*

En las dos partes. *Vtrobique vtroque in loco.*

Enlazar. *Illaqueo, as. Irretio, tis.*

Enlodar. *Luto fœdare.*

Enloquecer. *Insanio, is. furio, is. desipio. Dementem, amentem fieri. Deliro, as.*

Enlosar. *Lapidibus pauimentum, aut viam sternere.*

Enluzir la pared. *Parietem dealbare. Parieti tectorium inducere.*

Enlutado. *Lugubri veste indutus. Pulla, atra veste indutus.*

Enmaderar. *Contigno, as.*

Enmaderamiento. *Contignatio, onis.*

Enmascarado. *Personatus, laruatus.*

Enmendar. *Emendo, as. corrigo, is.*

Impetracion. *impetratio, onis.*

Impetu. *Impetus, us.*

Yo me puse al impetu de los enemigos. Ego hostium impetus excepi, depuli, sustinui, atque fregi, propulsaui, auerti.

Importar. *Expedit, ebat.*

Importancia. *Momentum, i. Pondus, eris.*

En esto está la importancia del negocio. In hoc tota res agitur. Ex hoc omnia pendent. Hoc rem totã continet, tanti ponderis est, ac momenti, vt comprehendat, complectatur omnia. In hoc vno sunt omnia, sita sunt, posita sunt, collocata sunt, constituta sunt omnia.

Esto me importa mucho. Hoc mea multum interest, plurimum refert, In hoc magna mea res agitur. * Magni hoc mea interest. Habet hoc ad meas res multũ ponderis, ac momenti. Ad me valde pertinet. Ad meas res plurimum valet, multum interest. In eo cardo rei vertitur. Cicero.

Importa que vengays. *Opus est tibi. Te oportet, decet venire æquũ est, a re tua, & dignitate est, æquitati consonum est, cum æquitate consentiens, & congruens est. Æquitatis ratio exigit, postulat, perscribit vt venias. Conuenit*

nit expedit tibi dignitatis tuę est ad nos venire.

Importuno. *Importunus,a, um. molestus, intempestiuus, grauis.*

Importunidad. *Importunitas,tis. Molestia,ę.*

Importunamente. *Importune, moleste.*

Imposible. *Quod fieri nullo modo potest, cuius faciendi nulla omnino facultas, nulla potestas est. Adynaton.*

Impotente furioso. *Impotens,tis. Effrenatus, qui in sua potestate non est.*

Impotencia. *Impotentia,ę. Effrenatio animi.*

Imprimir. *Imprimo,is.*

Imprimir libros. *Librum prelo mandare, vel typis excudere.*

Impression. *Impressio, typus.*

Impressor. *Impressor, oris. Librarius,i. Typographus, i.*

Improbable. *Improbabilis,e.*

Imprudente. *Imprudens, tis. inscius, ignarus. Consilijs preceps, & incautus.*

Imprudencia. *Imprudentia, ę. inscitia, ę.*

Imprudentemente. *Imprudenter, inscienter, per imprudentiam. incaute.*

Impetuoso. *Vehemens, tis. Violentus. Furens,tis.*

Implacable. *Implacabilis, inexorabilis.*

Importunar. *Insto,as. Vrgeo,es.*

I ante N.

Incapaz. *Indocilis, e. Hebes, etis. Rudis, e.*

Incauto. *Incautus, improuidus.*

Incierto. *Incertus, obscurus, quod non constat, quod in dubio est.*

Incitar. *Incito,as, excito, as.*

Vos me incitastes a esto. Tu me, vt hoc facere, cohortatus es; me incitasti, cōmouisti, impulisti, hortatus es, tuo consilio incitasti, rationibus adduxisti. Tu mihi auctor, suasor fuisti. Tuo consilio, tua cohortatione, auctoritate impulsus, cōpulsus feci. Tu mihi hoc persuasisti. Feci hoc de tuo consilio, impulsu tuo. Tu me, vt facerem, incendisti, inflammasti, permouisti.

Incitado, o mouido. *Incitatus concitatus, commotus permotus inflammatus, incensus tuis verbis.*

El que incita, o mueue. Impulsor, concitator, stimulator.

Inclinarse. *Inclino,as. Propendeo,es.*

Inclinacion. *Propensio, onis. procliuitas. inclinatio animi, natura,ę.*

Inclinado. *Inclinatus, procliuis, pronus.*

Nuestra anima de su naturaleza es inclinada a la virtud. Sunt in animis nostris semina innata virtutum. Est in hominum animis ingeneratus virtutis amor; innatus amor honestatis. Ad virtutem natura ipsa incitatus animus humanus rapitur. Est in animis nostris impetus quidam ad virtutem, quē retardat ipsa deprauata natura. Est animus noster ad virtutem natura ipsa propensus, procliuis: propendet ad virtutem, voluntate sua ducitur, deducitur ad virtutem. Virtutē sequitur inductione quadam naturę: sed illum a medio cursu, corporis voluptates detorquent, auocant. Noster animus naturali quodam studio ad virtutem inclinat.

Incomodidad. *incommoditas,tis.incõmodum,damnum,detrimentum,i.*
Incomprehensible. *incomprehensus,non perceptus.*
Inconsideracion. *Inconsiderantia, inconsideratio,inconsulta ratio,temeritas, tis.*
Inconsiderado. *Incõsideratus, preceps, tis, consilijs preceps, ac deuius, imprudens, temerarius, inopsrationis. Homo nimis in agendo preceps. Precipitis consilij, insipiens, inconsultus, immoderati sensus. Parum consideratus.*
Inconsideradamente. *Incõsiderate,inconsulte temere.*
Inconstante. *Inconstans, tis. Mobilis, leuissimus. Pluma leuior, qui a se ipso quauis causa desciscit. instabilis. Homo inconstantis animi,leuis,voluntate flexibilis.*
Inconstancia. *Inconstantia, a. Leuitas, tis. Mobilitas animi. Mutabilitas animi.*
Inconstantemente. *Inconstanter.*
Incontinente. *Incontinens, tis. intemperans,tis.*
Inconstancia. *Incontinentia,e. intemperantia,e.*
Incorregible. *insanabilis, e.*
Incorrupto. *Incorruptus, integer, inuiolatus.*
Incorruptamente. *incorrupte, integre.*
Increyble. *incredibile, quod credibile non est, credendum non est,quod mendacij speciem habet,mendacium prefefert. Verisimile non est, quod eiusmodi est,vt credi non possit, vt fide careat,vt habenda fides non sit ei.*
Increyblemente. *incredibiliter.*

Incurrir en desgracia, o enemistad. *Suscipere simultates. Suscipere magnã inimicorũ multitudinẽ mihi videor.*
Indezible. *infandus,a,um.*
Indecente. *indecorus,a,um.*
Indecencia. *indignitas,tis.indecorum,i.*
Indecentemente. *indecore.*
Indicio. *indicium,ij.argumentum,i.*
Indiferente. *indifferens,tis.*
Indiferente estoy. *in vtramque partem paratus sum, in neutram partem propendeo.*
Indigesto. *Crudus, qui nondum cibum coxit.*
Indigestion. *Cruditas,tis. crapula,a.*
Indignarse. *indignor,aris. irascor,eris. stomachor,aris.* * *Fremere, fremant omnes licet dicam quod sentio,consulatum sibi ereptum fremit Cicero.*
Indignacion. *indignatio,onis.*
Indignado. *infensus,iracũdus,incitat*[*].
Indignidad. *indignitas,tis.*
Indigno. *indignus,a,um. Vide* Dignacosa.
Indignamente. *indigne.*
Indiscrecion. *imprudentia,e.fatuitas.*
Indiscreto. *Homo expers iudicij,rationis, qui temere agit, imprudẽter, sine ratione, sine consilio, sine modo, immoderate, inconsulte. Vide* Inconsiderado.
Indisposicion. *inualetudo,inis.infirma valetudo.*
Indispuesto. *Qui est infirma valetudine, corpore male affectus.*
Indiuisible. *indiuiduus,a,um.*
Indocto. *indoctus. imperitus, ineruditus, illiteratus, inscius, omnis eruditionis expers, nulla cognitione rerum, scientiarum, artium exornatus preditus. Parum aut nihil versatus. exercitatus*

tatus in literarum studijs, qui ex abditis literarum fontibus nihil hauxit, qui literas ne primoribus quidem labijs degustauit. parum, aut nihil in via literarum progressus. Artiũ præstantissimarum cognitione destitutus. Qui a limine literarum studia salutauit. Vide Ignorante.

Indomito. *indomitus, effrenatus.*

Industria. *industria, æ. solertia, æ. sedulitas, tis. diligentia, ars, tis.*

Industrioso. *industrius, ingeniosus, solers, tis. laboriosus.*

Indulgencia, o perdon. *Venia, æ. peccati condonatio.*

Induzir. *Suadeo, es. Hortor aris. Cohortor, aris. Exhortor, aris. Auctor sum alicui. impello, is. induco, is.*

Induzimiento. *Suasus, us. suasio. hortatus, us. hortatio, onis. cohortatio, onis.*

Induzidor. *Suasor, oris. hortator, oris.*

Indulto. *immunitas, tis.*

Industriar. *instruere aliquem.*

Industriado. *instructus, a, um.*

Industrioso. *industrius: qui habet a natura adiumenta rerum gerendarum.*

Inexorable. *implicabilis, e. inexorabilis.*

Inexplicable. *inexplicabilis, e. inenodabilis, e.*

Inestimable. *inæstimabilis, quod nullo pretio satis digne æstimari potest.*

Infamar. *Fama aliquem spoliare, infamiæ notã alicui inurere. infamia aliquẽ notare. Detrahere de alicuius fama. Famam alicuius lædere, detrimẽto afficere: infamiæ maculas alicuius nomini inijcere, inspergere, inferre. infamem aliquem reddere. * inquinare maculis sempiternis infamia aliquem: infamiæ labe conspergere, obscurare, extinguere, labefactare dignitatem, vel existimationem alicuius.*

Està muy infamado. Graui, & diuturna flagrat infamia. Magnã illius vita turpitudinem concepit, & infamiam. Homo est insignis multis infamiæ notis. Nullum dedecus est, quod nõ illius hæreat infamiæ. Multis est infamiæ maculis notatus. Male audit apud ciues.

Infamia. *Infamia, æ. Nota turpitudinis. Dedecus, oris. Famæ macula.*

Infame. *infamis, e. turpis, famosus, cõtaminatissimus, ignominia notatus: infamiæ labe aspersus.*

Infante. *infans, tis.*

Infanteria. *Peditatus, us. Pedestres copiæ.*

Infelicidad. *infelicitas, tis. aduersa, incommoda fortuna.*

Infeliz. *infelix, cis. Vide* Desdichado.

Inferior. *inferior, us.*

Inferir vno de otro. De aqui se infiere. *Hinc fit. hinc efficitur. Consequens illud est. illud conficitur. Hoc est, ita est; illud recte concluditur.*

Infernal. *inferus, a, um.*

Inficionar. *inficio, is.*

Infiel, o Gentil. *Vide* Gentil.

Infiel, no leal. *infidus, infidelis, e.*

Infidelidad contra Dios. *impietas, tis.*

Infidelidad al amigo. *infidelitas, tis. Perfidia, æ.*

Infielmente. *infideliter, perfidiose.*

Infierno. *Inferi, orum. Tartara, orum. Orcus. Sceleratorum sedes regio.*

Irse al infierno. *Ad inferos dimitti. Vide* Condenarse.

Librarse del infierno. Liberari, seruari, vindicari ab inferno. V bi dã-

narorum animæ in æternum inextinguibili igne torquentur.

Infinito. *Infinitus,innumerabilis,innumerus,a,um.*

Infinidad. *infinitas,immensitas, infinitio.*

Infinitamente. *Infinite, sine modo, & fine.*

Inflamar. *Inflammo,as.*

Informar a otro. *Docere aliquem de aliqua re,vel aliquam rem.*

Informadme del negocio. *Mone, admone, commone me de hac re. Me huius negotij commone fac. Vellem a te audire, accipere, cognoscere, intelligere,quæ nunc gerantur,doce me,edoce de hoc negotio. Obnię mihi vellem sint literę tuæ quæ me de reip. statu erudiant.*

Informarse de otro. *Rogare aliquem, quęrere de aliquo, ab aliquo, ex aliquo, sciscitari alicuius sententiam, exquirere,cognoscere.*

Informacion. Hazele informacion de vuestra vida. *In tuam vitam inquiritur. De vita tua, ac moribus quęritur,exquiritur, perquiritur:in tuam vitam quæritur. Tuę vitæ inquisitio, disquisitio fit.*

Infortunio. *Fortuna aduersa.*

Infundir. *Infundo,is. instillo, as.*

Ingerir. *Ingero,eris.*

Ingenio. *Ingenium, ij.*

Es hombre de muy buen ingenio. Excellit ingenii gloria. Mirum est hominis ingenium. Illum ad omnia summum atque excellens armauit ingenium. Valet ingenio plurimum: floret ingenio, pollet ingenio. Egregio est a natura instructus ingenio. Es est eius ingenii acies, nihil vt non videat, assequatur, facile intelligat. Propter acumē ingenii occultissima perspicit. Abundantia quadam prestat ingenii. Immensis finibus summum eius ingenium definitur: eximium, egregium, nō mediocre, non vulgare, exquisitum, rarum, singulare, acutissimum,non quale multis contigit. Floret acumine ingenii.

De agudo ingenio. Vide *Agudo.*

Ingenioso. *Ingeniosus, acutus, solers, eximio ingenio, acerrimo ingenio præditus.*

Ingenios de guerra. *Machina bellica.*

* Ingenio,maña,y habilidad. *Solertia industria, ingenium.*

Ingrato. *ingratus,qui ingrato animo est. Qui gratiam bene de se meritis non refert,qui de referenda gratia parum, nihil,nimirum laboras, gratiarum immemor. Beneficii immemor.*

* *Pluguiesse a Dios te pudiesse dar las gracias que mereces, que yo te assegura que no me ternias por ingrato.* Vtinam meritas gratias tibi referre possem,non requireres a me grati animi officium.

Ingratitud. *Ingratus animus, ingrati animi vitium. Crimen,culpa, animi ingrati.*

Inhabil. *Tardus, hebes, ineptus, iners.* * *Stupidus, ac rudis, hebeti rudo,obstuso, retuso ingenio preditus: homo ingenio nullo.ineptus ad omnia.minus aptus,idone.*

Inhabilidad. *Tarditas ingenii.*

Inhabitable. *Inhabilitabilis. locus desertus.*

Inhospitalidad. *Inhospitalitas,tis.*

Inhu-

Inhumaño. *Inhumanus, crudelis, humanitatis expers, ab humanitate remotissimus qui nihil possidet humanitatis, humanitis immemor. Ab humanitate derelictus, qui communi naturæ sensu caret, humanitatem ignorat, humanitatem minime colit, ab humanitate longe abest, multum discrepat. Qui humanitatem exuit, humanitatem eiecit ex animo. Ex cuius animo extirpata videtur humanitas. Inhumanitate barbarus. Singulari inhumanitate, & crudelitate præditus, omni humanitate, & duritate, teterrimus, incredibili sæuitia, & crudelitate homo belluis immanitate par, similis, comparandus.*

Inhumanidad. *Inhumanitas, tis.*

Inhumanamente. *Inhumaniter.*

Injuria. *Iniuria, æ. Vide* Oluidar.

Hizome grande injuria. Magna me affecit iniuria, iniquus in me fuit, iniquius mecum egit. iniquum se mihi prębuit. Iniuriosus mihi fuit: in me iniurius extitit. Magnã mihi fecit iniuriam.

Injuriar, o agrauiar. *Iniuriose tractare aliquem, iniuriam alicui facere, inferre. Iniuria aliquem lacessere, opponere, offerre iniuriam alicui, iniurium, iniuriosum esse in aliquem lędere aliquem innocentem.*

Hartas injurias le he sufrido. Multas ab illo iniurias accepi, tuli. Sępe illum meis cõmodis aduersum, insensum, iniuriũ iniuriosum cognoui, expertus sum. Satis multas ab illo passus sum iniurias.

No quiero vengar la injuria que me aueys hecho. Nolo tibi referre iniuriam. Iniuriam tibi facile condono. Nolo iniurias tuas vlcisci. Tuã iniuriam impunitam esse facile patior, impunitum te abire permitto. Nunquam me iniuriæ tuæ memorem, nunquam vltorem senties, experiere. Non idem ego tibi reponam. Nõ idem a me feres, quod intulisti.

Injuriar de palabras. *Conuitia in aliquem conferre, maledicta, probra, verborum contumeliis aliquem afficere, verbis male aliquem accipere, conuitiis insectari. Cõtumeliosis verbis prosequi.* * *Probra mutuo, sibi interquebant fratres.*

* *Perdonar las injurias.* Relinquere, dimittere multas, vel impunitas iniurias. Delere, conterere obliuione voluntaria, obliuisci, condonare iniurias, priuatas offensiones publici beneficii memoria obliterare, iniuriam memoriã deponere.

* *Vos me la pagareys.* Non sic abibis, non impune feres, non inultũ feres, erit illud tempus cum par pari referam dabis, lues mihi pœnas, memor ero iniuriæ.

Injuria de palabras. *Conuitium probrũ, maledictum, vocis contumelia, maledictio, onis.*

Injuriador. *Conuitiator, maledicus, contumeliosus, probrosus.*

Injuriosamente. *Iniuriose, contumeliose, per iniuriam aliquid facere.*

Injusto. *Iniustus, iniquus, iniurius.*

Injusticia. *Iniustitia, æ. iniquitas, tis.*

Injustamente. *Iniuste, inique.*

Inobediencia. *Contumatia, æ.*

Inobediente. *Contumax, cis. Non obediens. imperiũ recusans frenũ mordẽs.*

Inocente. *Innocens,tis. Qui affinis culpa non est, purus a culpa, qui nihil omnino nocuit. Vide* Culpa.

Inocencia. *Innocentia, æ. vita integritas.*

Inocentemente. *Innocenter, integre.*

Inouar. *Innouo,as. Nouare res.*

Innumerable. *Innumerabilis, innumerus infinitus.*

Inopinado. *Inopinatus, improuisus, repentinus, fortuitus.*

Inopinadamente. *Fortuito. Vide* Caso.

Inquieto. *Inquietus, tumultuosus.*

Inquietud. *Perturbatio, motus animi. Commotio,onis.*

Inquietar. *Interturbo,as. obstrepere alicui, molestiam exhibere.*

Inquirir. *Inquiro,is. perquiro. Vide* Informacion.

Inquisidor. *Inquisitor, conquisitor Religionis. Quæsitor, censor fidei.*

Insanable. *Insanabilis, mortifer, morbus.*

Insaciable. *Insatiabilis, insaturabilis.*

Insensato. *Stupidus, bardus.*

Insensibles cosas. *Quæ sensum effugiūt sensu percipi non possunt, sub sensum non cadunt, oculis non patent.*

Insensibilidad. *Stupiditas, tis, stupor, amentia.*

Insigne. *Insignis, illustris, e.*

Insignias de honra. *Insignia, ium.*

Insistir. *Persisto,is. persto, as.*

Insolencia. *Insolenti, superbia, æ. contumatia, æ. arrogantia, æ.*

Insolente. *Insolens, tis. superbus.*

Inspirar. Inspirome Dios que hiziesse esto. *Hanc mihi Deus mentem dedit, iniecit. Lumen prætulit meæ menti.*

Inspirado de Dios. *Diuino numine afflatus. Vide* Enseñado de Dios.

Inspiracion. *Instinctus, us. afflatus, us.*

Instable. *Instabilis, e. varius, a, um.*

Instabilidad. *Volubilitas fortunæ.*

Instabilidad de alguno. *Inconstantia, æ.*

Instar. *Vrgeo, es. insto, as.*

Instituyr. *Instituo, is. constituo, is.*

Instituto. *Institutum.*

Instincto natural. *Naturæ instinctus.*

Instrumento. *Instrumentum, ti.*

Intencion. *Animus, i.*

Con que intencion lo hizistes? Quo animo qua mente, quo consilio, qua ratione motus fecisti, quo tuus animus spectauit? quo animum intendebas, dum faceres? Quæ tua erat cogitatio.

Hizelo con buena intencion. Feci quidē optimo animo. Ab optimo certe animo profecta hęc sunt. Optimo studio, & voluntate feci.

Intentar algo. *Tento, as. conor, aris.*

Intento. *Animus, i. mens, tis. consiliū, i.*

Darte he razon de mi intento. Ego tibi meū consilium exponem.

Interceder. *Intercedo, is.*

Intercessor. *Deprecator, oris.*

Intercession. *Deprecatio, onis.*

Interes. *Commodum, i. vtilitas, lucrum, i. quæstus, us. fructus, us.*

En todo buscays vuestro interes. Omnia vna vtilitate metiris, ad vnam vtilitatem refers. Ad tuum cōmodum conuertis omnia; ad tuū quæstum, & vtilitatem, reuocas. In rebus omnibus vtilitatem, commodum, compēdium quæris. Tuis cōmodis metiris omnia.

Interior. *Interior, ius.*

Internuncio. *Internuntius, ij.*

Interponer. *Interpono,is.*
Interposicion. *Interpositio, onis. interpositus,us.*
Interpretacion. *Interpretatio,onis. Explanatio.*
Interpretacion aguda es esta. *Acuta est hac interpretatio, per acuta. hec explanatio, explicatio, expositio multum habet acuminis, enodatio hec acutissima est, ingeniosissima, ingenij, & acuminis plena.*
Interpretar. *Interpretor, aris. expono, is. Rem obscuram explano.*
Interprete. *Interpres, interpretis. explanator.*
Interponerse, ponerse de por medio. *Interponi, interiici inter esse certam inter Solem, & Lunam.*
Interposicion. *interpositus,us.*
Interromper alguno habla. *Interpello, as. interrumpo, is.* * *Interturbo, interloquor.*
Interromper el estudio. *Studia intermittere, interpellere.*
Interualo. *Interuallum, i.*
Intimo. *Intimus,a,um.*
Intitular. *Scribere nomen in libro. Inscribere.*
Intolerable. *Intolerabilis,e. intolerandus.*
Intratable. *Morosus, difficilis. Difficillimis moribus.*
Introduzir. *Introduco, is. induco,is.*
Inuentar. *Inuenio,is. Ex suo ingenio nouum aliquid promere. Commentari ali -quid.*
Inuentor. *Inuentor, oris. auctor, oris. inuenienda rei alicuius Princeps.*
Inuentora. *Inuentrix, icis.*
Inuencion. *Inuentum, i.*
Inuernar. *Hiemo, as. Hybernare, aris. esse in hybernis.*
Lugar do inuiernan los soldados. Hiberna, orum.
Inuierno. *Hyems, mis. Hibernum tempus vis frigoris. Hyemale tempus, durum anni tempus. Bruma, æ.*
Inuisible. *Quod videri non potest, quod in aspectum non cadit, quod fugit oculorum aciem, quod oculis non subiicitur, sub oculos non cadit.*
Inusitado. *Inusitatus, nouus, a, um.*
Inutil. *Inutilis, e. infructuosus, a, um.*
Inuocar. *Inuoco, as. imploro, as. Vide Dios.*
Iornada de vn dia. *Iter vnius diei.*
Iornal. *Merces, dis.*
Iornalero. *Mercenarius, operarius, mercede conductus.*
Ioya. *Supellex, lis.*
* Ioyas de la muger. *Mundus, i. ornatus muliebris.*
Ioyel. *Emblema, pulchrum, monilia.*
* Ioyero que vende joyas. *Nugiuendus, i.*
Ipocresia. *Simulatio, onis. Hypocrisis, is.*
Ipocrita. *Simulator, oris.*

I ante. R.

Ir. *Eo, is. tendo, is. pergo, is. Iter aliquo intendere. Athenas petere, iter aliquo habere, adire tribunum, ad forum.*
Ir de priessa. *Maturo, as. propero, as. Accelero, as.*
Ir delante. *Præcurpit antecedit.*
Ir detras. *Sequi, subsequi, assequor.*
Ir desterrado. *Ire, proficisci pergera in exilium.*
Ira. *Ira, æ. iracundia, æ. indignatio, stomachus, i.*

Hizolo

Hizolo con ira. Fecit iracunde, cu iracundia, per iram, iratus, rabiose, furiose, fecit.

Ira saca al hombre de juyzio. *Iracundia, iracundiæ vis, & impetus mentem de sua sede, statuque dimouet, deturbat. Hominem transuersum agit. Abstrahit hominem a sensu mentis.*

Ira de hermanos, ira de diablos. *Acerba enim bella fratrum. Arist. 7. Polit.*

Ir al rededor. *Obire, circumire.*

Ir camino. *Iter facere, conficere.*

Ir a Valencia. *Ire, adire, petere, proficisci, tendere, contendere Valentiam. Conferre se habere iter Valentiam.*

Ir a muchas regiones. *Peragrare, percurrere, obire, perlustrare disiunctissimas regiones oras, Prouintias.*

Ir al Senado. *Venire, conuenire in Senatum.*

Ir con grande recato. *Cauere sibi diligenter. Summam cautionem adhibere, præcauere, præuidere.*

Ir de cayda la Republica. *Labi Rempub. trahi, ferri præcipitem Rempublicam.*

Ir delante de alguno. *Dare se in conspectum alicui. Committere se in cuius conspectum.*

Ir adelante en la virtud. *Procedere longius, progredi proficere in virtute multum, facere progressus, processus in virtute.*

Ir de parto. *Parturire. Appropinquare partum.*

Irè a veros lo mas presto que pueda. *Visam, inuisam te quam primum potero.*

Irle bien a vno. *Bene, præclare agi cu aliquo.*

Irse de espacio. *Lente, pede tentim, sensim, cunctanter, lento gradu progredi.*

Irse a fondo. *Accipere, excipere rimis aquam, imbrem. Accipiunt inimicum imbrem.*

* Irse de la ciudad. *Egredi, discedere ab vrbe, vrbem relinquere, ab vrbe proficisci.*

Irse al desierto. *Abdere se in solitudinem secedere in heremum.*

Irse a acostar. *Ire, discedere cubitum, dormitum se conferre.*

Irritar. *Irrito, as. lacesso, is.*

I ante S.

Isla. *Insula, æ.*

Isopo, yerua. *Hysopus.*

I ante V.

Iubileo. *Iubilæus, i.*

Iubilado. *Emeritus, rude donatus. Vacatione donatus, qui rudem accepit.*

* Iubilar. *Emereor, eris.*

Iubon. *Thorax, cis.*

* Iubon bastardo. *Thorax diplois.*

Iudio. *Iudæus, Hebræus, ei.*

Iudicial. *Iuditialis, e. forensis, e.*

Iuego. *Ludus, di. lusio, lusus, us.*

Iuego de palabras. *Iocus, ci. * ioca, orum.*

Iuego de esgrima. *Ludus gladiatorius.*

* Iuego de pelea. *Agon, onis. agonalia, orum.*

* Iuego a cauallo. *Equiria, orum.*

Iuego de cañas. *Troiani ludi.*

Iuego de pelota. *Ludus pilæ.*

Iuego de dados. *Ludus talarius. Ludus tesserarum.*

* La falsereta de donde echan los dados. *Fritillus.*

* Los seys puntos en el dado. *Senio, onis.* * El vn punto. *Canis. Azar.*

Los quatro puntos. Venus. *Y los tres puntos.* Chio. *Y no auia mas pun-*

tos en el dado antiguo.
Iuego de mascoral. *Prastigię, arum.*
Iugador de mascoral. *Circulator, is.*
Iuego de fortuna. *Alea, æ.*
Iugador. *Aleator, oris.*
Iugar con otro. *Colludo, is.*
Iuegos, o fiestas. *Ludi, orum. Spectacula, orum.*
Hazer juegos, o fiestas. Dare, prębere, spectacula plebi. *Vide* Iussas.
* Iuego de Cruz, o pila. *Nummis in sublime iactatis caput, vel Crucem petere.*
* Iugar al tejo. *Ludere disco.*
* Iugar a pares, o nones. *Ludere par, impar.*
* Iuego de la çapata. *Solea detrita ludere.*
* *Cauallico passa barbado.* Equo depresso ludere.
* *A la olla quebrada.* Olla pertusa ludere.
* *Saltar, correr, tirar piedras.* Saltu, cursu, iactu lapidum certare.
* Iugar a los dados. *Talis ludere.*
* Iugar al marro. *Ludere calculis discoloribus, ludere duodecim scrupis, vel lapillis.*
* Iuegos de danças de matachistes. *Mimicę saltationes.*
* Iugar a la argolla. *Globulis ludere, traiicere globum per fornicem.*
* Iugar las bolas. *Globulis missilibus ludere.*
* Iugar al abejon. *Certare empusę ludo.*
* Iugar a los papirotes. *Certare talitris.*
* *Al oyuelo con nuezes.* Nucibus ludere, vel ludere ad coniectum scrobiculi.

* *Dentro, o fuera.* Est ne funiculus liber an nodo vinctus.
* Iuego de la peonça. *Trochus, i. turbo, inis, agitare, voluere, versare turbinem trochum in gyrum. Cylindrum flagello verberare, vel agitare in gyrum, vel orbem scutica.*
* Iuego de bolos. *Ludus pyramidularũ vel trunculorum.* Iuguemos la mano. *Iaculemur ad globum pyramidas, & propinquiores primi laudant.* Iuntos estamos. *Globo haeremus.* Parar los bolos. *Erigere pyramidas aequis spatiis.* Derribar quatro, o cinco bolos. *Deiicere, deturbare quatuor, vel quinque pyramidas.* No passeys el pie de la bola. *Fige pedem in vestigio globi.*
* Iuego de axedrez. *Ludus latrunculorum.* La tabla. *Fritillus.* Las redonderas del tablero. *Versus.* Los Reyes, *Reges.* Las damas. *Reginę.* Los cauallos. *Equi.* Los Roques. *Cyclopes.* Los Orfiles. *Centauri.* Los peones. *Pedites. Hunc ludum Palamides inuenisse dicitur ad comprimendas ociosi exercitus seditiones.* Iaque. *De loco mutare Regem, vel transferre in aliam sedem.*
* Iuego de naypes. *Folia lusoria.* La baraja. *Fasciculus foliorum constans quatuor generibus, seu familiis.* Copas. *Carchesia.* Palos, bastos. *Baculi.* Espadas. *Enses.* Oros. *Aureis nummis ludere.* Barajar. *Miscere folia.* Partir. *Diuidere.* Embidar. *Facere sponsionem.* Reembidar. *Augeo sponsionem, restipulor.* Quierolo. *Recipio.* Va mi resto. *Depono quidquid mibi relictum est.*
* Iuego de pelota. *Ludus pilę.* Trinquete.

quete. *Spheristerum.* La chaza. *Signum signimeta, æ.* Seruir. *Iacere, mittere pilam.* Restar. *Retorquere, repellere pilam.* Darle. *Excipere, percutere.* Tomarla de boleo. *Voluta pilam suscipere.* Detenerla. *Sistere pilam.* Mal seruis. *Non satis commode mittis.* Surte la pelota. *Repercutitur pila.* Estamos a dos. *Æqualis est numer⁹ vtriusq; vtriq; triginta.* Iugar cō mano, o con raqueta. *Vti manu vel raticulo.* Passosseme por alto. *Pila me trāsuolauit, præteruolauit.* Hazer buen reues. *Auersa manu scite pilā retorquere, reddere, contorquere, remittere.* Iuega. *Excipe.* Iugar. *Mitte.* No vale nada el juego, porque no dixistes jugar. *Frustra misisti vtpote nihil præfatus.* Ganado hemos, tengo juego. *Vicimus, victores fuimus.* Passò cerca de mi. *Præteryt me.* Pelotear. *Ludere pila reciproca.* Es falta. *Pila, vel ex volatu remittitur, vel ex primo resulto secūdus ictus est inualidus, non est legitimus.* Chazar. *Designare, vel apponere metum. ibi sit signum, vbi pila est percusa, vel consistit.*

* *Como quereys jugar, a esquitar, o jugar doblado.* Quanam conditione ludere vultis, an vt soluti sitis, aut vt debeatis duplum.

* Iugar al fiado, o al contado. *Ludere ea lege, vt præsens pecunia valori numeretur, vel vt solutio pecuniæ in aliud tempus differatur.*

* Iuego de tablillas. *Ludere ligneis orbiculis missilibus.*

Iuego de la Churla en Aragon. *Ludus clauæ.*

Iugar a la morra. *Certare epusa ludo.*

Iuguetes de niños. *Crepundia, orum.*

Iueues. *Dies Iouis, feria quinta.*

Iuez. *Iudex, cis.*

Iuez de las alçadas. *Recuperator, oris.*

Iuez arbitro. *Arbiter, tri.*

Elegir Iuez. Eligere sibi, adhibere Iudicem arbitrum.

Todo lo haze este Iuez por dinero. Fidem suam Iudex addictam pretio habet, venalem habet. Pretio, non æquitate sentētias fert. Iudex fidem pecunia commutauit. Præturam nundinatus est. Omnes leges, omnia iura venalia habet.

Iugada de tierra. *Iugerum, i.*

Iugàr. *Ludo, is.*

Iulio, mes. *Iulius, ij.*

* Iulepe. *Iulaphium.*

Iuncia. *Iuncus, ci.*

Iunco. *Iuncus, ci. Scirpus, i.*

* Iunco de que vsan los Señores en lugàr de baculo. *Scirpus indicus.*

Iunio. *Iunius, ij.*

Iunquillo. *Iuncus odorifer.*

Iuntar. *Iungo, is. Coniungo, is.*

Iuntar muchos en vn lugar. *Compello, is. Vide* Recoger.

Iuntamente. *Simul, vna, pariter, coniunctim.*

Iuntar vno con otro. *Coagmento, as. vt verba verbis coagmentare.* * *Iungere, coniungere, copulare, adiungere, annectere, conglutinare.*

Iuntar consejo. *Aduocare contionem, cogere in Senatum.*

Iuntas. *Conuentus, us. comitia, orum.*

Iuntar ganado. *Aggrego, as.*

Iuntura. *Coagmentatio, onis.*

Iuramento. *Iuramentū, i. iusiurandum.*

Iuramento falso. *Periurium, ij.*

El que jura falso. Periurus, i.

Iurar.

Iurar. *Iuro,as. iuramento se obstringere, obligare. Testari Deum. Testem vocare Deum. Eiuro,as.*

Podrè jurar que es verdad. Sacramento cōtendam, id ita esse. Iuratus affirmare possum. Id iureiurādo confirmabo. Id vt verum esse confirment iusiurandum, si opus fuerit, adiiciam.

Iurar falso. *Peiero,as. Conceptis verbis peierare.*

Iurisdiciō̄n. *Ditio,onis. iurisdictio.*

Iusta cosa. *Iustus,a,um. æquus,a,um.*

Iustamente. *Iuste,iure,recte,legitime.*

Iustar. *Iustis bastis, & equis certare.*

* Iustas. *Ludrica bastatorum certamina.*

* Iusto es. *Æquum est: æquitati consonum, consentaneum, maxime est. æquitatis ratio postulat, exigit, præscribit, consequens est, id facere.*

Iusticia. *Iustitia,æ.*

Es vn Iuez que no se mueue sino por justicia. In ferenda sententia, vnam semper Iudex æquitatem spectat. Iustitiam ducem sequitur. Vnius iustitię rationem habet. Vna apud illum iustitia valet, nihil pręterea. Hoc vnum spectat, quid ratio pręcipiat. In iure dicendo, nulla eius seueritas variatur gratia, sed conseruatur æquabilis. Ne latum quidem vnguem a iustitia, vllius gratia, defectet. Vnam iustitiam propositam habet. Omnia ad vnam iustitiam refert. Ne minimum quidem, ne tantillum quidem a iustitia, vllius causa discedet, recedet. De vna solum iustitia laborat. Ad iustitiam incūbit vnam. Vna apud illum iustitia locum habet. Vnam curat iustitiam.

* *Torcer la vara de la justicia.* Discedere, deflectere, deduci, dimoueri a iuris æquitate, præscriptione, norma, regula, a legis pręscripto, abire a iure; torquere, inflectere ius.

Iusticiero. *Seuerus, acer, acerbus, vehemens, austerus Iudex.*

Iusticiar. *Supplicio aliquem afficere, mactare.*

Lleuar a justiciar. Rapere aliquem ad supplicium, deducere, producere, trahere ad supplicium.

Iustificarse. *Sui consilij causam afferre, rationem reddere. Suum factum alijs probare, rectum, optimum ostendere, tueri, defendere. Iure factum, quod fecerit, ostendere; consilio, optimis de causis, ratione duce, certo inditio ratione ipsa suadente, factum docere.*

Iuuentud. *Iuuentus,tis. ætas florens.*

Murio en su juuentud. Obiit ætatis flore, iuuentutis flore, adolescentiæ flore. Cum adhuc eius ætas intra iuuentutis annos versaretur. Cum ex iuuentute nondum excessisset. Cum adhuc ætatis suæ tanquam in vere esset. Cum ea esset ætate, quæ valet a viribus, a prudentia tamen infirma est; quæ floret viribus, a prudentię maturitate procul abest.

Iuyzio. *Iudicium, ij.*

Parecer en juyzio. Adesse ad iudicium. Venire in iudicium. Tribunal adire.

Suspender el juyzio. Detinere assensionem, sustinere assensionem. Continere se ab assentiendo.

Salir de juyzio. A mente deferi. A sen-

A sensibus amoueri; sensum omnẽ amittere, omnes partes mentis ali cui adimi.

Iuzgar. *Iudico, as. Censeo, es. Iuditium facere, decernere. Sententiam dicere, sententiam ferre de aliqua re, iuditio aliquid decernere.*

Iuzgue que conuenia assi. *Iudicaui, statui, existimaui, putaui, censui, sensi, arbitratus sum, ita fieri oportere. Mihi suasit ratio. Hac mea opinio fuit. Hic meus fuit sensus.*

No juzgueys a los otros por vos. Ex tua natura, cæteros ne fingas. Ne ex tuis moribus, de aliorum vita coniecturam facias, de alienis moribus iudices. Ne alios tuis moribus æstimes. Ex tuis corruptis moribus, ne de aliorum virtute existimes.

De litera L.

L ante A.

Labio. *Labia, orum. labrum, i. labellũ, i.*

Labor. *Opus, eris. labor, oris.*

Labrador. *Agricola, æ.*

Labrança. *Agricultura, æ. Cultio agri. cultus agri. Res rustica.*

Labrar la tierra. *Terram colere. Agrũ colere. In agrorum cultu elaborare. Agris cultum adhibere, culturã adhibere. Agros excolere. Terram exercere. Habere rationem cum terra. Subigere agrum, arare, nouare, iterare.*

Labrar la casa. *Domum construere. Vide.* Edificar.

Labrar la imagen de barro. *Fingere, effingere simulacrum ex luto, ex argila.*

✝ La cabra de mi vezina, mas leche tiene que no la mia. *Fertilior seges est alienis semper in agris: vicinumqz pecus grandius vber habet. Ouid. 1. de Arte.*

Lacayo. *Seruus a pedibus. Circumpedes, um. pedisequus, i.*

Lacio. *Flaccidus, a, um.*

Ladera de cuesta. *Cliuus transuersus.*

Lado. *Latus, eris.*

Ladrar. *Latro, as.*

Ladrido. *Latratus, us.*

Ladrillo. *Later, eris. laterculus.*

Obra hecha de ladrillos. Opus latericium.

Ladrillar. *Lateribus pauimentum sternere.*

Ladron. *Fur, uris. latro, onis. predo, onis.*

Es lugar donde andan muchos ladrones. Frequentibus latrociniis infestus est locus. Multa in eo loco furta, multa latrocinia deprehenduntur. Latronum occultator est, & receptator locus. Est latronum quoddam receptaculum. Multa in eo loco latrocinia fiunt.

Ladroneria. *Latrocinium, ij.*

Ladroncillo. *Latrunculus, i. furunculus, i.*

Lagar do se pisa la vua. *Lacus, cus.*

Lagar, todo el artificio con que se exprime la vua. *Torcular, aris.*

Lagarto. *Lacertus, i.*

Lagartija. *Lacerta, æ.*

Lago. *Lacus, us.*

Lagryma. *Lachryma, æ. lachrymula.*

En viendole no puede detener las lagrymas. Vt illum vidi, lachrymas tenere, continere non potui. Lachrymæ se mihi subito profuderũt, obortæ mihi sunt. Lachrymas mul-

multas profudi. In magnum fletum erupi. Vox mea lachrymis impedita est, lachrymis effudi plurimas. Fletum reprimere non potui. Lachrymatus acerbe sum.

Derramè muchas lagrymas quando supe la muerte de vuestro padre. Fudi, profudi ingentem lachrymarum vim, erupi, prorrupi in fletus maximos, ex oculis vberes lachrymarum riuuli profluxerunt cum primum de ob tu patris tui factus sum certior. Multis lachrymarum fluminibus mortem parentis tui luxi, fleui, defleui. Lachrymas excitauit mihi, me in fletum adduxit interitus patris tui.

Lagrimal del ojo. *Angulus oculi.*

Laguna. *Lacus, us.*

La hambre despierta el ingenio. *Ingeniosum, e rudi, reddit magistra necessitas. Carchedonius in Suida.*

Lamentar. *Lamentor, aris. deploro, as. Lamentationem facio.*

Lamentacion. *Lamentatio, onis. fletus, us.*

Lamentable cosa. *Lamentatione digna res.*

Lamentablemente. *Flebiliter.*

Lamer. *Lambo, is. lingo, is.*

Lamina. *Lamina, æ.*

Lampara. *Lampas, dis.*

Lamparones. *Charades, um.*

Lampazo. *Verbascum, i.*

Lampiño. *Glaber, a, um.*

Lamprea. *Muræna, æ.*

Lana. *Lana, æ.*

Lança. *Lancea, æ. hasta, æ.*

* *Blandear la lança.* Quatere, cõcutere hastam. *Enristrarla.* Intendere, protendere hastam.

Lançada. *Lanceæ ictus.*

Lançar. *Iacio, is. Vide* Echar.

Lance. *Iactus, us.*

Lancear. *Lancea figere aliquem, traiicere.*

Lanceta. *Scalpellum, i. & scalpellus, i.*

Lancilla pequeña. *Lanceola, æ.*

Landre. *Glans, dis. Glandula, æ.*

Lanterna. *Laterna, æ.*

La primera en piedra. *Chantherius, in porta. Festus Pomp. in portu impingere. Nilus. Græc.*

Lapidario. *Lapidarius, ij.*

Largo, liberal. *Largus. Vide* Dadiuoso.

Largueza. *largitas, tis. liberalitas, beneficentia, æ.*

Largamente, liberalmente. *largiter, large, effuse, prolixe.*

Larga cosa. *longus, a, um.*

Mas largo he sido de lo que pensaua. Longius, quam proposueram, oratio mea prouecta est. Longior oratio mea fuit, lapsus sum longius. Longiore oratione vsus sum. Orationem longius duxi, quam voluntas mea ferebat. Vestra in me audiendo benignitas, attentio vestra, prouexit orationem meã. Vererer ne longior nostra oratio sacietatẽ vobis peperisset, attulisset, aures vestras offendisset: nisi vestram in me audiendo benignitatem, attẽtionem animaduerterem.

Largura. *longitudo, inis.*

Largura de tiempo. *Diuturnitas temporis.*

Largo, o alto. *Procerus, longus.*

Las mas vezes. *Plerumque.*

Las paredes tienen orejas, y las matas ojos. *Etenim sub omni lapide scor*

pius excubat. Sophocles.
Lastar, ser castigado. *Dare penas, luere pœnas. Vide* Castigo.
Lastimar. *Pungo, is.*
Mucho me lastimò vuestra carta. Tua me epistola grauioribus verbis vulnerauit. Tua me epistola valde pupugit. Valde me momorderunt tuæ literæ. Satis aculeatas ad me literas dedisti. Fuerunt in tua epistola quidem aculei, qui me valde pupugerunt. Me valde perculerũt tuæ literę. In tua epistola orationis aculeos in me erexisti. Atq; immisisti. Tuarum literarum aculei meum pectus effoderunt.
Lastima. *Misericordia, æ. Vide* Compassion.
Lastre. *Saburra, æ.*
Latin. *Latinus sermo, latina lingua.*
Latinidad. *latinitas, tis.*
La latinidad es puerta para todas las ciencias. *Latinus sermo aditum ad omnes facultates patefacit. viam ad omnes scientias sternit. Iter monstrat ad omnes disciplinas expeditissimum. Lingua latina omnium artium, omniumque scientiarum est aditus. Qui linguam latinam dedicerunt aditum habent ad omnes facultates ediscendas facillimum. Ianua est latina lingua scientiarum omnium. Illi qui latino sermone instructus est aditus patet ad nobilissimas disciplinas. Nullus potest sine latinitate aliquam bonarum artium penetrare.*
Laton Morisco. *Auricbalcum, i.*
Laud. *Testudo, inis.*
Laurel. *Laurus, i.*
Lauar. *lauo, as. abluo, is. lauo, is.*
Lauandero. *Fullo, onis.*
Lauandera. *Fullona, æ.*
Lauadero. *lauacrum, i.*
Lauajo, o cenegal. *Volutabrum, i.*
Lauatorio. *Lauatio, onis.*
Laço. *Laqueus, ei.*
Lazeria. *Miseria, æ. ærumna, æ.*
Lazerado. *Miser, calamitosus, ærumnosus.*

L ante E.

Leal. *Fidus, a, um. Fidelis, e.*
Lealtad. *Fides, ei. fidelitas, tis.*
Lealmente. *Fideliter.*
* Lebeche. *Africus. lybs.*
Lebrel. *Canis venaticus.*
Lecion, lo que se lee. *lectio, onis.*
Leche. *Lac, tis.* Cosa de leche. *lacteus, a, um.*
Leche se haze el manjar. *Lactescit cibus.*
Lecho. *Lectus, i. lectulus, i.*
Lechon pequeño. *Porculus, i. porcellus lactens.*
Lechuga. *Lactuca, æ.*
Lechuza. *Noctua, æ. Nicticorax, cis.*
Leer. *Lego, is. perlego, is.*
Leer muchas vezes. *Lectito, as.*
Leer segunda vez vna cosa. *Relego, is.*
Legado. *Legatus, us.*
Legacia. *Legatio, onis.*
Legislador. *Scriptor legum. Legislator.*
Legista. *Iurisconsultus.*
Legista, poco entendido. *Leguleus.*
Legitimo. *Legitimus, iustus, verus.*
Legitima, o patrimonio. *Patrimoniũ, bona paterna, bona patria, bona a parente relicta.*
Legitimar algun hijo. *Cooptare aliquẽ in filium, legitimum facere.*
Lego, no Eclesiastico. *Laicus, i.*
Legumbre. *Legumen, inis.*

Legua.

Legua. *Leuca, æ. vel potius lapis, dis.*
Lengua. *lingua, æ.*
Lenguaje de cada region. *Idioma, tis. sermo patrius. lingua patria.*
Lenteja. *lens, tis, lenticula, æ.*
Leñador. *lignator, oris. calo, onis.*
Leon. *leo, onis.*
Leona. *leana, æ.*
Leoncillo. *leonis catulus.*
Leon pardo. *leopardus, i.*
Leonado color. *Fuluus, a, um.*
Lepra. *lepra, æ.*
Leproso. *leprosus, a, um.*
Lerdo. *Iners, negligens, ignauus, tardus.*
Letania. *Preces, um. litaniæ, arum.*
Letor. *Lector, oris.*
Letra. *litera, æ.*
Letrado. *literatus. Vide* Doctor.
Letrado en derechos. *Iurisperitus, i. Iurisconsultus.*
Letrado poco entendido. *leguleus.*
Letrina. *Clocca. latrina, æ. forica, æ.*
Leuadura. *Fermentum, i.*
Leudar. *Fermento, as.*
Leuantar. *Attollo, is. extollo, is. effero, ers. In altum tollo. subleuo.*
Leuantar la Republica cayda. *Iacentē erigere, demersam extollere, subleuare malis opressam Remp.*
Leuantar a otro a grande honra. *Euehere, efferre, erigere, euocare aliquem in summos honores, in amplissimā dignitatem, ad celsam dignitatis sedem, altissimum honoris gradum, culmen, fastigium.*
Leuantar la voz. *Contendere vocem, vocis sonum. loqui, canere elatius. tollere vocem.*
Leuantar algun motin. *Excitare, concitare seditiones, tumultus.*
Leuantar el cerco. *Soluere obsidionem. recedere, discedere ab obsidione.*
Leuantar, encarecer mucho vna cosa. *Augere, amplificare aliquid, extollere dicendo, exagerare, altius tollere.*
Leuantado a cabeça. *Caput iam extulit, se iam erexit, oculos erexit, se iam recreauit. ✱ De oppressa libertate emersit, reuixit tot iactatus casibus: tot afflictus cladibus, totidemq; oppressus malis iam se ex diuturno labore refecit.*
Leuantarse al que llega. *Assurgo, is.*
Leuantarse. *Surgo, is.*
Leuantarse muchos. *Consurgo, is.*
Leuantar testimonios, o testigos. *Falsa de aliquo confingere.*
Leuantamiento. *Motus, us. seditio, onis.*
Leuantarse algun pueblo. *Rebello, as.*
Leuantarse grāde borrasca enel mar. *Commoueri, omni, oboriri. exoriri, excitari, cōcitari aduersam, atrocem, & grauissimam tempestatem.*
Leuantose vn templo. *Excitatum est Templum. erectum est.*
Leuante Oriente. *Oriens, tis. Solis ortus.*
Leuante viento. *Subsolanus. Eurus, i.*
Lexia. *Lixiuia, æ. vel lixiuium, ij.*
Lexos. *Procul, longe.*
Por estar tan lexos, os escriuo pocas vezes. Quoniam abes longissime, propter longinquitatem, propter tantum locorum interuallum, minus sæpe ad te literas do. Quoniam in ijs locis es, quo tardissima omnia perferuntur.
Ley. *Lex, gis.*
Mādan esto las leyes. Hoc lege cautum est, comparatum est, constitutum

tum est, decretum est, sancitum est. Lex cauet, præcipit, iubet.

Ha dado muy buenas leyes. Præclaras leges tulit, sanxit, descripsit, constituit, instituit, condidit, promulgauit, sciuit, dedit, imposuit, præscripsit suis ciuibus.

Todas las leyes ha atropellado. Omnes leges humanas, atque diuinas perfregit, euertit, violauit, perrupit, contempsit, neglexit.

Ya no vale esta ley. Iam ista lex antiquata, abrogata, sublata est.

L ante I.

Libello. *Libellus, i.*

Libello infamatorio. *Libellus famosus.*

Liberal. *Liberalis. Vide* Dadiuoso franco.

Liberalidad. *Liberalitas, tis.*

Vso con amigo de mucha liberalidad. Illo benignissime vsus sum. Alterum se mihi Alexandrũ præbuit. Suam prolixam, beneficamq; naturã in me tractando satis ostẽdit. Benigne mihi fecit. Multa mihi large diffuseq; donauit. Quod ab illo sperabam, prolixe, & cumulate fecit. Vberrimos illius liberalitatis fructus tuli. Liberalem, munificum, largum benignum se erga me præstitit, exhibuit. Liberalitatem suam in me contulit, me summa liberalitate, benignitateq; cõplexus est. In me omne liberalitatis, & munificentiæ genus expressit. benignus, & beneficus in me fuit.

* *Ser liberal de bolsa agena.* Largiri ex alieno.

Liberalmente. *Liberaliter, prolixe.*

Libertad. *Libertas, tis.*

* *Dar libertad a vn esclauo.* Manumittere seruum.

Libertador. *Assertor, oris. Vindex.*

Libertar. *Libertate aliquem donare.*

Vos me libertastes. Tu me in libertatem vindicasti, asseruisti. A te libertatem accepi. Tuo beneficio cara libertate fruor. Tu me seruitute liberasti, explicasti, eripuisti. A me durũ seruitutis iugum auertisti, depulisti.

Libra peso. *Libra, æ.*

Libra y media *Sesquilibra.*

Libreta. *Libella, æ.*

Librar. *Libero, as.*

Vos me aueys librado de la muerte. Tu me ab interitu liberasti, eripuisti, vindicasti: morte prohibuisti. Tu vim mortis a capite meo propulsasti, repulisti, depulisti. A me mortis impetũ auertisti. Tu me saluũ integrũ, incolumemq; ab acerbissima cæde seruasti, conseruasti. Tua de causa vitæ periculum effugi, euasi.

Libre de cuydados. *Liber, vacuus, solutus ab omni cura.*

Libremente. *Libere.*

Librar dineros. *Ius exigendi pecunias ab aliquo in aliquem conferre.*

Libre hijo de sieruo. *Libertinus, i.*

Libre nacido en libertad. *Ingenuus, liber, a, um.*

Libre aluedrio. *Voluntas libera, liberũ arbitrium.*

Libreria. *Bibliotheca, æ.*

Librero q̃ vende libros. *Bibliopola, æ.*

Librero q̃ escriue libros. *Liberarius, ij*

Libro. *Liber, bri. codex, cis.*

* *Dedicar algun libro.* Dicare, cõsecrare

crare librũ alicui; volui, vt noster libellus splendore tui nominis illustratus, vel sub tuo nomine in manus hominum perueniret.

Librillo. *Libellus, i.*

Libro de cuentas. *Codex in quem rationes referuntur. accepti, & expensi.*

Libro sin enquadernar. *Liber rudis, & solutus.*

Libro enquadernado. *Liber conlinnatus.*

Libro de Emprenta. *Liber typis excussus.*

Libro escrito de mano. *Liber manu scriptus.*

Libro lleno de mentiras. *Liber mẽdosus, mendis plenus. repletus, refertus.*

Libro corrřcto. *Liber multis mendis expurgatus.*

Licencia. *Facultas, tis. copia, æ. potestas, tis.* * *Permissus, us.*

Licencia teneys de yros. *Facta tibi abeundi copia est, potestas data est. Data facultas est. Abire tibi iam licet. Bona cum venia abire potes.*

Licencia, o libertad demasiada. *Licẽtia. Immoderata libertas.*

Licito es. *Licitum est. Ius est, licet. Operepretium.*

Licor. *Liquor, oris.*

Lidiar. *Certo, as. contendo, is.*

Liebre. *Lepus, oris. lepusculus, i.*

Liendre. *Lens, dis.*

Lienço. *Linteum, ei.*

Liga para caçar aues. *Viscus, i.*

Liga, o cõjuracion. *Coniuratio, fœdus.*

Ligagambas. *Fasciola, arum.*

Ligar vno con otro. *Ligo, as. colligo, alligo, as. illigo, constringo, is. vincio.* * *Necto, is.*

Ligero. *Velox, cis. celer, eris, e.*

Ligeramente. *Celeriter, cito, breui, mature, breui tempore, celeriuscule.*

Ligereza. *Celeritas, velocitas, pernicitas.*

Lima. *Lima, æ.*

Limar. *Limo, as. Elimo, as. collimo.*

Limadura. *Scobs, bis.*

Lima, o limon. *Malum citreum.*

Limon arbol. *Malus citrea.*

Limaça. *Limax, acis.*

Limite. *Limes, tis.*

Limite, o tassa. *Terminus, i. modus, terminatio, onis.*

Limitar. *Moderari, modum statuere terminum definire.*

Limosna. *Eleemosyna, æ.*

Sustentase de limosna. Aliena misericordia viuit. Suam aliena misericordia paupertatem subleuat.

* *Pedir limosna.* Vulgo eleemosynã petere, ostiatim, vel vicatim stipẽ cogere, vel panem quæritare.

* *Dar limosna.* Erogare, corrogare stipem alicui, conferre eleemosynam, alicuius inopiam pecunia subleuare, indigentibus, mendicis opem ferre.

Limpio. *Mundus, a, um. Sincerus.*

Limpieza. *Munditia, æ. mundities, ei. Elegantia, æ.*

Limpiar. *Mundo, as. emundo, purgo, as. abstergo. Iuo, eluo.*

* Limpiar fregando. *Tergeo, es. tergo tergis.*

Limpiar por sacrificio. *Piare, expiare.*

Limpiamente. *Pure, candide, nitide.*

Linage. *Genus, eris. familia, æ. stirps, is.*

Es de muy buen linage. E[illegible] claris parentibus, auis, [illegible] Honesto, claro, summo [illegible]

est. Nobili genere, ex nobili familia, clara stirpe. Summa est eius familiæ nobilitas, splendor. Est familię nobilitate cōmendatus, valde clarus. Honesta in familia natus est, institutus, atque educatus. Natus est loco minime obscuro.

Es de baxo linage. Homo est obscuro loco natus, nulla maiorum, nulla parētum laude cōmendatus: infimæ cōditionis, humillimæ sortis. Ignobilis, genere ignobilis, & obscurus. Ignotus, propter generis humilitatem. Humili loco natus, obscuro, infimo editus genere.

Linaça. *Linisemen.*

Linde. *Limes, tis. terminus, finis, confinium, ij.*

Lino. *Linum, i.*

Cosa de lino. Lineus, a, um.

Lino delicado. *Carbasus, i.* Cosa hecha deste lino. *Carbaseus, a, um.*

Lintel. *Superliminare, is.*

Linterna. *Laterna, æ.*

Lirio blanco. *Lilium, ij.*

Lirio cardeno. *Iris, idis. Hyacinthus, i.*

Lirio colorado. *Narcisus, i.*

Liron. *Glis, iris.*

Lisiar. *Elido, is.*

Lision. *Læsio, onis.*

Lisiarse cabeça, o pie. *Offendere, lędere caput, aut pedem.*

Lisongear. *Adulor, aris. Blandior, iris. * Assentor, aris. Auribus alicuius aliquid dare. Loqui ad alicuius voluntatem, & voluptatem. Gratiam alicuius adulationibus aucupari. Auribus alicuius inseruire. Assentatione vti. Ficte loqui, ad colligendam gratiam, ad beneuolentiam colligendam, assentationis artificio gratiam quærere.*

Lisonja. *Adulatio, onis. assentatio, verborum blanditiæ. Assentatiuncula.*

No lo digo por lisonja. Noli putare me hoc auribus tuis dare.

Lisongero. *Adulator, oris. assentator, blandus amicus.*

Liso, o raso. *Leuis, e. Vnde leuitas.*

Listar los ciudadanos. *Censere ciues.*

Lista, o pādron. *Catalogus, i.*

Litera. *Lectica, æ. lecticula, ę.*

Liuiano. *Leuis, e. Minime ponderosus, minime grauis. * Qui pluma, aut folio facilius mouetur, vel a vento rapitur.*

Liuiano hombre. *Leuis. Vide* Inconstante.

Liuiandad. *Leuitas, tis.*

Liuiandad de hombre. *Futilitas, tis. Vanitas, leuitas.*

Liuianamente. *Leuiter.*

Liuiano. *Pulmo, onis.*

Liço para vrd r. *Licium, ij.*

L ante L.

Llaga. *Vulnus, eris.*

Llaga antigua. *Vlcus, eris.*

Llagar. *Vulnero, as. Saucio, as. Vide* Herir.

Llama. *Flamma, æ.*

Llamar. *Voco, as. accio, is. accerso, is.*

Llamar a parte. *Seuoco, as. seduco, is. Vide* Aparte.

Llamar del camino. *Reuoco, as.*

Llamar a la puerta. *Pulsare ianuam.*

Llamar por su nombre. *Nomino, as. Appello, as.*

Llamar a alguno de su estancia. *Euoco, euocas.*

Llamar a consejo. *Vocare, conuocare, cogere, habere Senatum. Concilium con-*

conuocare. Aduocare concionem.

Llamar el medico. *Accersere, adducere Medicum ad ægrotum. Adhibere Medicum. Vti Medico.*

Llamado, o llamamiento. *Accitus, us.*

Llamase Pedro. *Appellatur, Nuncupatur, Nominatur, vocatur Petrus. Est illi nomen Petrus.*

Llano. *Planus, a, um. æquus, a, um.*

Llanura. *Planities, ei. æquor, ris.*

Llano hombre. *Simplex, & apertus homo.*

Llanto. *Planctus, us. Ploratus, us.*

Hazer llanto. Plango, is. lamentor, aris. Lamentationem facere. Lamentatione aliquid plangere.

Llaue. *Clauis, is.*

Llaue contrahecha. *Clauis adulterina.*

Llegar. *Peruenio, accedo, deuenio, venio.*

Lleno. *Plenus, a, um.*

Llenar. *Impleo, repleo, expleo, es.*

Lleuar. *Fero, ers. * Porto, as. apporto, importo, comporto, exporto, affero, defero, vebo, aduebo, conuebo, dinebo.*

* Lleuar al derredor. *Circumfero, circumgesto.*

* Lleuar guiando. *Ducere, adducere, deducere, perducere exercitum.*

* Lleuar consigo. *Adducere secum.*

Lleuar de vna parte a otra. *Trasuebo, is. Transporto, as.*

Lleuar nueuas. *Nuncio, as. nuncium afferre, perferre. Mãdata ad aliquẽ ferre.*

Pagar en la mismo moneda. *Par pari referre. Gratiam referre, reddere, idẽ alicui reponere, respondere officijs.*

Vos me aueys de pagar esto. Hoc tibi dependendum est. Solutio tua hæc est, ad te pertinet. Hanc tu pecuniam numerare, soluere debes.

Pagar sueldo a los soldados. *Stipendia militibus persoluere, numerare.*

Pagar el flete. *Naulum, vel pro vectura soluere, persoluere.*

Pagar reditos. *Pensito, as.*

Pagar vna deuda con otra. *Versuram facere.*

Pagar el beneficio, o buena obra. *Cõpensare acceptum beneficium. Referre gratiam accepto beneficio debitam.*

Paga. *Solutio, onis.*

* Pagar alcauala. *Ciuitas decumana; magna illi imposita sunt vectigalia, tributa stipendaria est, stipendia pendit, facere populos stipendarios, vectigales tributa appendere alicui.*

* *No poder pagar.* Soluendo non esse.

* *No pagar alcauala.* Ciuitas immunis. & libera nullũ persoluit vectigal, nullũ illi vectigal impositũ.

Pagar

Pagar con castigo. *Persoluere, dependere pœnas.*
Pagar dia adiado. *Ad diem soluere.*
Pagar de contado. *Pecuniam præsentē soluere. Numerare pecuniam.*
* *Anticiparse a pagar.* Præmanu pecuniam dare, repræsentare.
* *Dilatar la paga.* Differre solutionem, qui debent non respondet ad tempus. Cic.
Pagano. *Ethnicus, infidelis.*
Pago de viñas. *Vinetum, i.*
Page. *Minister, i. Seruus a pedibus, a manibus.*
Page de armas. *Armiger, ri.*
Page de copa. *Qui pocula ministrat. pincerna.*
Paja. *Palea, eæ.*
Pajar. *Palearium, ij.*
Pala. *Pala, ę.*
Palabra. *Verbum, i.*
Palabra y piedra suelta, no tiene buelta. *Nescit vox missa reuerti. Horat.*
* *Dar su palabra.* Firmare, dare, ponere, obligare fidem suam alicui. Tibi polliceor, in meque recipio.
Cumplir su palabra. Stare pactis, conuentis. Promissa seruare. Manere in pacto. Fidem datam tueri. Vide *Cumplir.*
Dixome malas palabras. Me male verbis accepit. Vide *Afrenta.*
Palabras injuriosas. *Probosa, & contumeliosa verba.*
Denuesto de palabras. Probrum, i. conuitium, i.
Palabra por palabra traduzir vna cosa. *Totidem verbis trasferre. Vide* Traduzir.
Palabra vsada de Ciceron. *Dictio vox. verbum formula, phrasis vsitatissima. Frequentissima familiarissimo Ciceroni.*
Ya no se vsa essa palabra. Vox ista iam ab vsu recessit, indissuetudinem abiit. Propter vetustatē absolebit.
Palabrero. *Verbosus, loquax, cis. Multus in loquendo. Vide* Hablador.
Palacio Real. *Regia, a. palatium Regium. aula, a, vnde, aulicus, a, um.*
Paladar. *Palatum, i.*
Palanca. *Vectis, palus ferreus.*
Paliza. *Fustuarium, ij.*
Mereceys vna paliza. Dignus es cui sæpius fustis impingatur. Qui fustibus mulcteris, afficiaris, castigeris. Fustuarium meres.
Palenque. *Cancea, ea.*
Palillo para tocar Salterio. *Plectrū, i.*
Palma de la mano. *Palma, ę. vola, ę.*
Palma, arbol. *Palma, ę.*
Este se lleua la palma. Præstat cæteris.
Palmada. *Alapa, ę. Colaphus, i.*
Palmatoria. *Ferula, a.*
Palmo. *Palmus, i.*
Palo. *Palus, i. Lignum, i. fustis, is.*
Paloma. *Columba, ę.*
Paloma torcaz. *Palumbes, is.*
Palomar. *Columbarium, ij.*
Palomo. *Columbus, i.*
Palomino. *Pipio, onis. columbulus, i. pullus columbinus. Cic.*
Palpitar. *palpito, as.*
Pampano. *pampinus, i.*
Pan. *panis, is.*
Pan de mediana. *panis cibarius. panis ater, secundarius.*
Panes son brados viciosos. *Luxuriosa frumenta.*

Pana-

Panadero. *Panificus, i. pistor, artocopus.*
Panadera. *Panifica, æ.* * Su arte. *Panificium.*
Panal de abejas. *Fauus, i.*
Pandero. *Tympanum, i.*
Panera. *Horreum, granarium.*
Panes en verça. *Sata, orum. sata in herbis.*
Panizo *Panicum, i.*
Pañales. *Panni, orum.*
Pañetes. *Subligaculũ, li. Subligar, aris. Campestre, tris. Brachę, arum. Femoralia, ium.*
Pañizuelo de narizes. *Sudariolum, i.*
Pañizuelo de mesa, o seruilleta. *Mãtile, is.*
Paño de lana, o lino. *Pannus, i.*
Paño de lienço. *Linteum, i.*
Pantorrilla. *Sura, ę.*
Papa. *Summus Pontifex, vel Pontifex maximus.*
Papahigo. *Cicullus, i.*
Papagayo. *Psittacus, i.*
Papera. *Anguina, ę.*
Papel. *Charta, ę. Papyrus, i.*
Papel de estraça. *Charta emporetica, charta bibula.*
Papel para imprimir. *Charta libraria.*
Papel de marca mayor. *Charta Augustana, Huratica, Imperialis.*
Papel comun. *Charta epistolaris.*
Papel muy ruyn. *Charta aspera.*
Mano de papel. Codex, cis.
Pliego de papel. Phylera.
Papirote. *Talitrum, i.*
Par de dos cosas. *Par, ris.*
Parabien. *Gratulatio, onis.*
* *Darle a vno el parabien.* Gratulari alicui.
Para con Dios. *Erga Deũ, in, aduersus Deum.*
Parayso. *Paradisus, i. Sedes piorum, locus piorum, sedes æterna. Domus æterna, domicilium beatorum, tranquilitas bonorum. Cælestis, vel communis omnium patria, locus vbi beati quo sempiterno fruuntur.*
Paramento. *Peristroma, tis. peripetasma, tis. Tapes, etis. Tapetum, eti. Auleum, lei.*
Paramentar. *Aulæa suspendere. Domũ aulæis ornare, vel templum.*
Paramo. *Desertum, solitudo, eremus.*
Para poco. *Imbecillis, infirmus, debilis.*
Para que? *Ad quid? quorsum? quo?*
Parar en mal. *Euadere in malum.*
Parar del todo. *Cesso, as. desisto, is. Finem facere.*
Parar no del todo. *Intermitto, is.*
Parar el exercito. *Consistere, subsistere copias.*
Pararse hierto. *Rigeo es. obrigeo, es.*
Pararse colorado. *Rubeo, es.*
Pararse blanco. *Albesco, exalbesco.*
Pararse. *Consisto, is. sisto, is.*
Para siempre. *In omne æuum, æternum, in æternum, perpetuo. In perpetuum, in finem, in omne tempus, in sempiternum tempus.*
Parcial. *Qui alicuius partes sequitur.*
Parcialidad. *Secta, ę.*
Pardo, color de paño. *Fuscus, a, um.*
Pardal, o gorrion. *Passer, ris.*
Pareceme que es assi. *Sic mihi videtur. Ita prorsus existimo. Ita sentio. Iudico. Ita opinor.*
Parecer. *Sententia, ę. Iudicium. Opinio, opinatio.*
* *Dar su parecer.* Adhibere, interponere iudicium suum, ferre, pronũtiare, exprimere suam sententiam, dicam quod sentio, confitebor,

fitebor, profitebor ingenue. Explicabo vobis mentem meam.

Diferente parecer tengo que vos. A te totus diuersus sum. A te vehementissime dissentio. Lōge secus atque tu, sentio. Mea sentētia prorsus repugnat, aduersatur tuæ.

Mucho caso se haze de vuestro parecer. Tua sententia grauissima est apud omnes; magnum pondus habet; magni æstimatur; auctoritatis habet plurimum; magni fit, magni penditur. Tuæ sententię multum omnes tribuunt, facile assentiuntur, acquiescūnt.

No me agrada vuestro parecer. Tua sententia mihi non probatur. Meus cum tuo sensu minime congruit. Non mihi tuum consilium probatur. Non recte sentire mihi videris. Sententiam tuam probare non possum. *Vide* Opinion.

* *A mi parecer, segun pienso.* Vt opinor, vt mea fert sententia, vt ego quidem sentio, interpretor, meo iudicio, arbitratu, mea sententia, hoc de hac re meum consilium.

* *Traer a otros a su parecer.* Protrahere, perducere, adducere alios in suam sentētiam, animum alicuius flectere. Trahere aliquem ad suum arbitrium.

* *Apartar a otros de su parecer.* Dimouere, deducere aliquem de sua sententia, depellere, detrudere, deterrere; reuocare aliquem a sua sententia, auertere mentem alicuius ab aliqua re, a suscepto cōsilio reuocare, ab instituto cursu euellere.

* *Mudò de parecer.* Discessit, defecit de sententia, ab assumpto cōsilio destitit, a sentētia, ab illa mēte, ab incæpto, mutauit, commutauit mentem, abiecit cōsilium, deposuit sensum rectum in Repub.

* *Està siempre en su parecer.* Retinet, tuetur, seruat susceptam sentētiam. Manet, permanet, persistit, perseuerat. Stabilis, firmus, constans est in sua sententia, mente, consilio.

* *Prouò su parecer con muchos argumentos.* Probauit, confirmauit, communiuit, constabiliuit suam sententiam argumentis, testimonijs, ratione pugnauit, contendit.

* *Refutar el parecer cōtrario.* Oppugnare, refutare, cōfutare, repellere, labefactare, conuellere, infirmare, vehementer, euellere acerrime sententiam aduersariorum.

* *Contradezir, ser de otro parecer.* Dissentire ab aliquo, discrepare a consilijs alicuius; ire in alia omnia.

* *Pareciome bien auisaros.* Putaui, existimaui, statui, censui huius rei te esse admonēdum. Visum est mihi te de hac re facere certiorem.

Parecer bueno. *Pulcher aspectus.*

Parecense como dos hueuos. *Non tā ouum quo simile. Cicer.*

Parecerse a otros en costumbres, o en semblante. *Similis est patri, vel patris, refert patrem, accedit ad similitudinem eius, reddit effigiem patris. * Exprimit, repræsentat speciem patris, similitudinem quandam gerit.*

Parece en el rostro a su hermano.

Ore refert. Facie repræsentat fratrem suum.
Parecele en la voz. *Fratris vocem exprimit.*
Parecer ante alguno. *Adire aliquem, subire vultum alicuius.*
Pared. *Paries, tis.*
Hendida està la pared. Paries vitium fecit, labefactatus est, rimas agit, rimam ducit, labem fecit.
Pared de ladrillo. *Paries lateritius.*
Parejo, o ygual. *Parilis, e.*
parentesco por sangre. *Consanguinitas, cognatio, propinquitas, communio sanguinis.*
Parentesco por casamiento. *Affinitas, tis. Coniunctio affinitatis.*
Pariente. *Propinquus, consanguineus.*
Es mi pariente. Cum illo sum cognatione coniunctus. Cognatione mihi cõiunctus est. Me cognatione attingit. Me cum illo coniunxit communio sanguinis.
Pariente por casamiento. *Affinis, e. Affinitate coniunctus, vel necessitudine.*
Parir. *Pario, is. Partum edere. Enitor, eris. Gigno, is. emittere fętum.*
Parlero. *Loquax, acis.*
Parlar. *Loquor, eris.*
Parla. *Loquentia, ę. Garrulitas, loquacitas.*
Paroco. *Parochus, i. Curio, onis.*
Paroxismo. *Tentatio, accessio, onis. cõmotiuncula, a.*
Parpados de los ojos. *Palpebraa, rum.*
Parra, o vid. *Vitis, tis.*
Parrochiano. *Curialis.*
Parrochia. *Paræcia, ę.*
Parrillas. *Craticula, ę.*
Parrafo de escritura. *Paragraphus, i.*
Parte. *Pars, tis.*
Es hombre de muchas partes. Dotes habet a natura pręclaras. Omnia in illo summa sunt. Natus ad omnia videtur, atq; factus. Omnibus est naturæ dotibus insignis.
Dadme parte de vuestras cosas. Me tuorum consiliorum, tuarum rerũ participem fac. Res tuas mecum communica. Me vellem in tuorum consiliorum societatem includas. Vellem tibi consiliorum societate coniungi.
Hazer segun mis fuerças. Pro mea parte facere. *Pagar rata por cantidad.* Pro rata parte soluere. *Como hombres.* Pro virili parte defendere. *Dar a vno su vez.* Suas alicui partes dare. *Defender a vno.* Agere alicuius partes. *En las partes de Oriente.* In Orientis partibus.
Parte por parte. *Particulatim summatim. Summatim narrare. Non particulatim.*
En parte. Partim.
Por partes. *Partite.*
Partezilla. *Particula, a.*
Partamos como hermanos, tanto para mi, como para entrambos. *Leonina societas. Æsop. In fabul. Cassius in Pandect.*
Partera. *Obstetrix, icis.*
Participante. *Particeps, is. Consors, tis.*
Participar. *Habere aliquid commune cum aliquo. participo, as.*
Particula, o partezilla. *Particula, ę.*
Particular. *Priuatus homo.*
Particular razon, o titulo. *Præcipua ratio.*
Particular cosa. *Singularis, præcipuus, specia-*

specialis, peculiaris, proprius, priuatus prius, a, um. Sed particularis. e. Latinis est inauditum.

Particularmẽte. *Speciatim, sigillatim, singulariter, specialiter, maxime presertim, particulatim. Sed nõ particulariter.*

Partida. *Discessus, us. Discessio, onis. Digressus, abitus, profectio, abcessus.*

Partido, o condicion. *Conditio, onis.*

* *Sacar partidos.* Conditiones ferre.

Vn mismo partido es el mio, que el de los demas. Vna erit omnium conditio. Non afflictiore conditione ero, quam cæteri. Non mea causa durior erit, quam cæterorum. Non inquior conditio, non durior.

Partido en dos, en tres, o en quatro partes. *Bipartitus, tripartitus, quadripartitus.*

Particion. *Partitio. diuisio, onis.*

Partir en partes. *Diuido, dis. Partior, tiris. Seco, as. discrimino, as.*

Partirse. *Discedo, abscedo, excedo, dis. Digredior, proficiscor, eris.*

Parto. *Partus, us. Enixus, us. Plin.*

Vezina al parto. Iam ad pariendũ vicina. Appropinquat partus. Appropinquare iam partus videtur.

Parto sin tiẽpo. *Abortio, nis. abortus. Andar de parto.* Parturire.

Pasqua de Resurrecion. *Pascha, tis. paschales feriæ. Paschalis celebritas. Dies Christo ab inferis redeunti, sacer consecratus, dicatus, solemnis.*

Pasqua de Espiritu santo. *Pentecostes. Dies aduentus Spiritus sancti.*

Pasmo. *Stupor, oris. stupiditas, tis.*

Pasmado. *Stupidus a sensibus remotus.*

* *Stupidus, stupefactus, quasi extra se positus, attonitus.*

Pasmar. *Obstupeo, obstupesco.* * *Stupor eius animum inuasit, occupauit, oppressit.*

Pasquines. *Libelli famosi.*

Passa. *Vua passa.*

Passa assi el negocio. *Sic se res habet. Sic gesta res est, & contracta.*

Passadero. *Tolerabilis, e.*

Passagero. *Peregrinus, i.*

Passage de naue, o barca. *Vectura, æ.*

Passar el dia sin hazer caso. *Perijt otio dies, perdere diem. Effundere diem inanem. Condere diem. cum iactura temporis.*

Passar el tiempo en algo. *Ducere ætatem in literis, ducere æuum, tempus, &c.*

Passar el mar, o el rio. *Transuehor rate, per Tiberim, traducor nauigio. Supero, vel exupero Rhodanum. Nauigio mare traiicio, trãsportor, aris.* * *Trano, transeo, transmitto, traiicio flumen.*

* Passar algun monte. *Transeo, trãsgredior, transuolo, supero montes, transcendo Caucasum.*

Passar el dia sin comer. *Diem inedia finire, exigere, transmittere. Diem totum in fame durare.*

Passar algo por alto. *Preterire aliquid. Vide* Alto vays.

Passar de la otra parte. *Transeo, is. Pretergredior, eris pretereo, is.*

* Passar de parte a parte. *Transfigere transuerberare, traiicere aliquem, hasta, gladio, ense, venabulo, iaculo, telo sagitta.*

Passar adelante. *progredior, eris.*

* Passar, o salir de raya. *Discedere ab*

bis finibus quos modestia ratio præscri bit, vel constituit, transire, excedere fines verecundiæ, modum, æqualitatem iuris. Egredi fines, terminosque a ratione constitutos, vel cancellos quos nobis recta ratio circumdedit.

Passar a otra materia. *Sermonem alio transferre.Vide* Mudar platica.

Passar desta tierra a otra. *Migrare, immigrare, emigrare ex hac vrbe in aliam. Vide* Mudar.

Passar grande borrasca. *Subire tempestates, & procellas. iactari, quati, agitari in alto grauissima tempestate.*

Passar la noche de claro en claro. *Noctem in somnem ducere.*

Passareme sin vos. *Non ægre carebo opera tua. Non requiram operam tuam. Non desiderabo auxilium tuum.*

Passarse a otra parte. *Commigro, as.*

Passarse a los enemigos. *Transfugio.*

Passagero, o naugante. *Vector, ris.*

Passearse. *Deambulo, as. inambulo, as. Spatia facere. Ambulationem facere; aliquot ambulationes conficere.*

Passeo. *Ambulatio, nis. ambulatiuncula, æ.*

Passeo, lugar do se passean. *Deambulatio, ambulatio, ambulacrum.*

Passion, o pena. *Vide* Dolor.

Passion de alma. *Ægritudo animi, perturbatio animi, motus animi turbatus.*

Hizelo sin passion ninguna. Feci animo tranquilissimo, æquissimo. Nulla animi perturbatione, nulla maleuolentia, aut liuore: animo quieto, atque omni molestia vacuo. Rectum animi sensum secutus sum. Non liuor aliquis, sed recta ratio meum iudicium moderata est. Id feci, quod mihi ratio ipsa, veritasque præscripsit. Certo, & vero sensu iudicaui. Nulla maleuolentia, aut liuore impeditus sum, quo minus rationem ipsam sequerer. Nullus meæ mentis oculos liuor obduxit.

Passito, a passo. *Pedetentim, pedepressim, sensim.*

Violo de passo, o de corrida. Obiter; in transitu, in transcursu vidit. Cic. 1. de orat. Eam copiam quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus.

Passo. *Gradus, us. gressus, us.*

Passo, a passo. *Gradatim.*

Passo para alguna parte. *Aditus, us, gradus, us.*

Passo. *Passus, us. Abest ab vrbe mille passus.*

A cada passo. Passim.

De aqui tendreys passo para Sicilia. Hinc tibi facilis erit aditus ad Siciliam. Facilem tibi aditum cōparabis, inuenies, patefacies, aperies. Facilem habebis aditum, patebit tibi aditus. Gradum facies, aditum facies.

Cerrado nos tiene el passo. Nullus nobis aditus datur, relictus est. Ex omni aditu clausi sumus, præclusus est nobis aditus, obstructus est. Non est nobis aditus, non patet aditus. Interclusus nobis est.

Dirè esto como de passo. Per hæc percurret oratio mea. Hæc breuiter perstringam, leuiter attingam. Dicam breuiter, & quasi prætereiens.

Pastilla. *Pastillus odorifer.*

Pasto.

Paſto. *paſtus,us. paſtio, onis. paſcua, orum.*
Paſto comun. *Ager paſcuus, compaſcuus.*
Paſtor. *Paſtor,oris. Nomas,adis. Martia.*
Paſtoril. *Paſtoralis, e. paſtoritius.*
Paſtel. *Artocreas,atis. paſtillum,i.*
Pata de beſtia. *Vngula,ę.*
Patada,o huella. *Veſtigium,ij.*
Patear. *Strepo, is.*
Patear en disfauor. *Obſtrepo, ſupplodo explodo,is. exibilo,as.*
Patear la beſtia. *peſſundo,as. fodico,as.*
Patena. *Patina,ę.*
Patente. *patens, entis, manifeſtus, a, um.*
Patente eſtà. *patet, bat.*
Patio. *Impluuium,ij. compluuium,ij.*
Patio con columnas. *periſtilium,i.*
Entre columna y columna. Intercolumnium. Columnatum interuallum.
Pato,o ganſo. *Anſer,ris.*
Patraña de viejas. *Fabula,ę.*
Patriarca. *Patriarcha, æ.*
Patrimonio. *patrimonium,ij.*
Patron,o defenſor. *patronus,i.*
Patrocinio,o defenſa. *patrocinium,i.*
Patron de nao. *Magiſter nauiculator, nauicularius,nauclerus.*
Patrona. *Patrona, ę.*
Pauellon. *Papilio, papilionis. Conopæum, i.*
Paues. *Clypeus, ſcutum, ancile, vmbo, onis. parmula, ę.*
Pauilo. *Ellychnium,ij.*
Pauo. *Pauo, onis.*
Pauor. *pauor, ris.*
Pauſa en leer,o hablar. *Interuallũ.mora,interſpiratio. pauſa,antiq; dicitur.*

Paxaro. *Auis,is.*
Paxaro viejo no entra en jaula. *Seri verba dare, difficile eſt. Terent. Andr. Annoſa vulpes haud corrumpitur muneribus. Cratinus.*
Paz. *pax, quies.*
Haſta agora ha tenido España mucha paz. Adhuc Hiſpania in ſummo otio fuit, dixit. In Hiſpania ſummum adhuc fuit otium. Diuturna pax fuit. Multus iam annis nullo premebatur bello. *Vide* Guerra.
Ya ſe hizieron las pazes. Pacificati iam ſunt. Pax inter illos conſtituta eſt. Ad mutuam concordiam redierunt, in mutuam gratiam. Diſcordiæ reſtinctæ ſunt. In mutuam gratiam, & amicitiam reſtituti ſunt. Ad pacem, & mutuam beneuolentiam traducti. *Vide* Amiſtad.

P ante E.

Peal. *Vdo, onis.*
Peayna de Santos. *Thenſa, æ. Tetraphorum, i.*
Peca del roſtro. *Macula, ę. Lentigo, inis.*
Pecoſo. *Maculis fœdus, aut lenticulis maculoſus.*
Pecado. *peccatum,i. delictum,i. erratũ crimen,culpa, noxa,maleficium, animi labes, flagitium,ij. vitium.*
* Pecado mortal. *peccatum capitale, ſcelus mortiferum,maxima noxa.*
Pecado venial. *Leue peccatum. Minima noxa. Paruum delictum.*
* Pecado original. *Nuntium ſcelus, peccatum naturę hominum inhęrens, chirographum damnationis.*
* *Fealdad de pecado,* Fœditas defor-

formitas,labes,sordes,macula pec cati,immanitas,atrocitas,turpitudo sceleris.

* *Guardarse de pecar.* Abstinere se a vitijs,abhorrere a vitijs, odisse, detestari vitia, declinare vitia, & a malis. Fugere, vitare,euitare, deuitare incommoda.Cauere sibi a vitijs. Præcauere peccata. Cauere insidias dæmonis. Fuga,vitiatio vitiorum.

No hare yo tal pecado. Non ego tantum scelus perpetrabo. *Vide* Maldad.

Pecar. *pecco,as. delinquo,is. Rem nefariam committere, scelus facere,culpã suscipere. Vide* Maldad,y ofender a Dios.

Mas peca de bono que de malicioso. Ineptiis magis, quam improbitate,peccat imprudentia,per imprudentiam lapsus est potius, quam consulto, & cogitato. Stulte magis,quam maliciose,aut callide fecit, peccat ille fatuitate potius, quam calliditate, ac malitia. Agit ille stulte magis, quam aut versute,aut subdole.

Pecador. *Flagitiosus. Vide* Vellaco.

Pecadorazo. *Impius,facinorosus omniũ scelerum maculis notatissimus omniũ scelerum improbissimus machinator. Omnium scelerũ flagitiorumq; documentũ. Multis flagitijs cõtaminatus. Gurges viuorum omniũ.Omnibus scelerib⁹ coopertus. inquinatus,astrictus, obstrictus.Omnium scelerum notis insignis. Vitijs omnibus flagitijsque deditus. Nefarius ex omnium scelerum colluuione natus.Eius vita vitijs, flagitijsque omnibus dedita.*

Pecadora. *Peccatrix, cis.*

Pece. *Piscis, is.*

Pecina estanque de peces. *Piscina, æ.*

Peçon del pecho. *Papilla, æ.*

* Peçoncillo del arbol. *Pedunculus.*

Pechero. *Stipendarius,tributarius.*

Pecho,o tributo. *Tributum, tributi. vectigal,alis.*

* *Cobrar los pechos.* Tributa exigere.

Pecho. *Pectus,oris.*

Pedaço. *Frustrum, fragmentum, cento, onis.*

A pedaços. Captim.

Pedernal. *Silex, icis.*

Pedir, pidir. *Peto, is. postulo, posco, is.*

Pedir con ruegos. *Imploro,as. Precibus aliquid contendere. Enixe postulare,exposcere, flagitare.*

Pediguεño. *Facilis ad petendum. Procax, audax in petendo.*

Pedir limosna. *Emendico, as. Stipem cogere, collectitia stipe vitam sustentare.*

Pedir encarecidamente. *Efflagito,as.*

Pedir por justicia. *Repetere iudicio, ex iure.*

Pedir perdon del pecado. *Deprecari veniam delicti.*

Pedir el voto. *Rogare sententiam aliorum.*

Pedir consejo. *Consulere aliquem quẽ in consilium adhibere.*

Pedreda. *Ictus lapidis.*

Pedregal. *Saxetum.*

Pedregoso. *Saxosus, a, um. Lapidosus, a, um.*

Pedregoso,donde ay muchas pedrezuelas. *Scrupulosus, a, um.*

Pedrezuela. *Scrupulus,calculus.*

Pega-

Pegajosa enfermedad. *Pestis.*
Pegar. *Conglutino,as.*
Pegar a otra cosa. *Affigo,is.*
Pegar fuego. *Inijcere ignem sylue, faces subducere.*
Pegarse la lengua al paladar. *Lingua haret metu. Vox faucibus hæsit.*
Pegujar. *Peculium, ij.*
Pelar. *Pilos euellere, conuellere. vello, is. Glabro, deglabro,as.*
Pelado,o lampiño. *Glaber, bra, brum. depilis.*
Pelea. *Prælium,pugna,dimicatio,certamen. Conflictus, congressus.*
Pelea por mar. *Nanalis pugna.*
Pelear. *Dimico, concerto. Manus cum hoste conserere, conferre. Signa conferre, præliari, pugnare, committere prælium. dimicare, confligere. Prælium facere. Ad manus venire. Vide* Batalla.
Pelear sobre algo. *Decertare de imperio. Pugnare de loco. Dimicare de gloria. Contendere de loco.*
Pelear con dicha. *Prælium secundum facere. Vti secundis prælijs prospera fortuna; secundoque euentu præliari. Fœlicibus armis dimicare.*
Pelegrino, o romero. *Peregrinus. peregrinator.*
Pelicano. *Pelicanus,i.*
Peligro. *periculum,i. discrimen, is.*

Veome en gran peligro. In magno periculo, discriminique versor. Magnum mihi instat periculum. In magnum discrimen venit mea salus. Magnum mihi impendet,imminet periculum. Magnum periculum adij.

Pondreme por vos a qualquier peligro. Omnibus me, tua causa, periculis obijciam, omnia pericula suscipiam,adibo: negligenda,parui esse ducenda putabo. Ad quodcumque periculum, tua causa, libenter accedam. Omnibus me periculis committam, offeram. Omnia pericula ingrediar. Me in discrimen offeram. Adducam meum caput, meam salutem in discrimen.

Aueysme puesto en gran peligro. Magnum mihi periculum conflasti, creasti, intendisti. In summum me periculum vocasti, adduxisti, induxisti, accersisti. Mortis mihi periculum iniecisti. In magnum me periculum inclusisti. Maximis periculis circunuertus, cinctus sum tua causa. In non dubijs vitæ periculis constitutus collocatus existo. In extremum pene discrimen adductus sum. In maximo periculo versor. Afflictus multis, magnisq; difficultatibus viuo propter te.

Ya nos vemos libres de peligro. Periculo iam liberati sumus. Perfuncti sumus periculis. Iam periculũ effugimus, vitauimus, depulimus, euasimus, propulsauimus. Periculo explicati sumus.

Vn mismo peligro es el vuestro y el mio. In eodem versamur periculo. Iisdem fluctibus nauigamus, eodem iactamur vento. In eadem naui sumus. Idem vtique periculum impendet, imminet. Tua res æque agitur, atque mea. Non dispar, non alia conditio tua est, atq; mea.

Peligroso, *Periculosus.*

Peligrosamente. *periculose, cum periculo.*

Peligrar. *periclitor, aris.*

Pellizcar. *Vellico, as.*

Pelo, o cabello. *Capillus, i. pilus, i.*

A pospelo. Pilo aduerso.

Pelota. *pila, æ. globulus, i.*

* Pelota de viento. *Follis, is. pila, vel spherula vento inflata.*

Pelota de tiro. *Glans plumbea. Globulus tormentarius. pilula plumbea.* Perdigon.

Pella. *Globulus, i.*

Pelleja, o pellejo. *pellis, is. Cutis, corium, ij.*

Pellejuela. *pellicula, æ.*

Vestido de pellejas. Pellitus, a, um.

Pellejero q̃ cura pellejos. *Coriarius.*

Pellejo, o despojo de culebra. *Senectus serpẽtis. Senectus anguium. Vernatio anguium. Anguinea vernationis membrana.*

Pellico. *Vestis pellicea.*

Pena, castigo. *pœna, æ.*

Pena en dinero. *Mulcta, æ.*

Pena de muerte. *pœna capitis. Res capitalis. Capitale est.*

Pena, o dolor. *Molestia, æ. mæror, ris. Tristitia, æ. mæstitia, æ.*

* *Recebir pena, o dolor.* Dolorem capere, aliquid acerbum alicui accipere, ferre aliquid moleste, molestiam trahere.

* *Mitigar, o aliuiar la pena, o dolor.* Minuere, vel mollire dolorem, leuare luctum.

Echar de si la pena. Depellere, abiicere, abstergere, deponere dolorem molestiam.

Mucha pena me dan vuestros trabajos. Magnam ex tuis incommodis, molestiam capio. Magnus animo dolor insedit non mediocre animo dolorem cepi. Tua me incõmoda valde perturbant, angunt, affligũt, magno mihi dolori sunt: grauiter me mouent: grauiter afficiunt: magnam mihi molestiam, multum acerbitatis; multum doloris attulerunt. Grauiter doleo tuis incommodis, grauiter laboro. Summam ex tuis incommodis molestiam suscepi, traxi, hausi. *Vide* Dolor.

Pagò su pena. *pœnas dedit, pœnas dependit. Dedit pœnã, suo scelere dignam, suscepit, sustinuit, subiuit, sustulit.*

Penar a alguno. *Mulcto, as. mulctas alicui irrogare, dicere.*

Penar. *pœnas pendere.*

Peñasco. *Scopulus, rupes. saxum, cautes, is.*

Penacho de yelmo. *Conus, i. crista, æ.*

Pendon. *Signum, i. Vexillum, i.*

Penetrar. *Penetro, as.*

Penitencia. *pœnitentia, æ.*

* *Dar la penitencia el Confessor.* Alicui ob commissa scelera pœnã constituere, pœnitentiam iniungere.

* *Cumplir la penitencia.* Subire, sustinere, exequi a confessario cõstituta, & iniuncta.

Hazer penitencia de los pecados. Pœnas pro sceleribus suscipere voluntarias, subire. Corporis cruciatu, dolore, castigatione, animi sordes eluere, maculas delere. Vitę flagitia multis lachrymis, voluntarijs corporis afflictionibus vexationibus pœnis sponte susceptis expiare

expiare delere. Grauissimas pœnas vltro pro peccatis subire, sponte suscipere, sustinere. *Vide* Cõfessar.

Pensar. *Cogito, as. Agitare aliquid animo. In alicuius rei cogitatione versari. Meditari aliquid. Animum in aliquam rem intendere, aliquid cum animo suo considerare, intento animo aliquid intueri, perpēdere. Reor, autumo, puto, opinor, censeo, arbitror, agitare mente, vel animo.*

Quien podrà dezir, ni pensar esto? Cogitatione quis, verbisue comprehendere, vel assequi id potest? nullius tantum est flumen ingenij, nulla dicendi, aut scribendi tanta vis, tantaq; copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare res tuas gestas possit. Quæ poterit existere vbertas ingenij, quæ tanta dicendi copia, quod tam diuinum, ac incredibile genus orationis, quo quis possit vestra in nos beneficia verbis exprimere? Quis poterit orando complecti, nec percensere numerando? Quæ est tanta diuinitas ingenij, aut tam admirabilis dicēdi facultas, quæ possit non modo augere, aut ornare, sed nec enumerare quidem tuas laudes? quæ dicendi facultas in illis prædicandis non erit longe inferior? ipsi Rethorum principes, eloquentiæ flumina recensendo deficerent; qui superioribus sæculis orandi copia, & grauitate floruerunt, ne minimam quidem partem tuarum laudum attingerent.

Pensamiento. *Cogitatio, meditatio. Cōmentatio, onis.*

Todos mis pensamientos son como me saluare. Omnes meas curas, & cogitationes in animi salute procuranda fixi, locaui. In hac vna re, atq; cura, mens mea tota versatur, quæ mihi sit ad animi salutem expeditior via. Hoc vnum meus animus expectat, in hoc vno totus sum, totus versor. In hoc vno euigilant cogitationes meę, quemadmodum salutis meæ rationem expediam. *Vide* Cuydado.

Tengole calados los pensamientos. Omnia illius consilia noui, perspexi, teneo intimos illius animi sensus, penitus noui, teneo eius animum, cognitum habeo, atq; perspectum. Illius consilia non me latent, nota mihi sunt, atque perspecta. *Vide* Calar.

* Pensose santiguar, y quebróse el ojo. *Cornix scorpium rapuit. Archias poeta. Calidum prandisti prandiū hodie. Plautus in Pœn. Scorpium glutiēs, pro Pipione. Licophron. Laues. Peliam. Plutarch.*

* *Piensa el ladron que todos son de su condicion.* Mala mens, malus animus. Terent. Andr. Qui ex sua natura cæteros fingit. Cic. pro Ameri. Tuo ex ingenio, mores alienos probas. Plaut. in Persa. Alios ex tuo ingenio indicas. Terēt. Heaut. Qualis quisque est, talis sibi finis videtur. Arist. coniecturam facit de suo stomacho. Cic. 7. Fam.

* Pensar, tener por cierto. *Putare, sentire, autumare, censere, arbitrari, existimare, opinari, credere, sibi persuadere, persuasum esse alicui, in animum inducere, multorum animos occupauit opinio, insedit opinio vehe-*

vehemens in animis.

Pensar mucho vna cosa. *Spectare, suspicere, intueri aliquid acri, & attento animo. intentis oculis contemplari. cum ratione tanquam æquissima lance æstimare. rem aliquam perlustrare, voluere, percurrere assidua animi cogitatione. studiose animaduertere commentari. reputare secum diligenter.*

Vanos pensamientos. Vide Vileza.

De pensado lo hizo. Fecit cogitato, composito. * Consulto, dedita opera, ex opinato, ex præparato, ex composito, ex industria, de industria.

Vino sin pensar. Improuisus atque inopinatus fuit eius aduentus, ad nos venit ex improuiso, de improuiso, ex inopinato, de repente, subito.

Pension. *Pensio, onis.*

Peña. *Rupes, is.* * *Scopulus, eminentia, saxa.*

Peninsula. *Peninsula, æ.*

Peon, hombre de a pie. *Pedes, tis.*

Peon jornalero. *Mercenarius, ij. operarius, ij.*

Peonça. *Turbo, inis.*

Peor. *Peior, & peius. deterior, ius.*

Pepino. *Cucumis citrinus.*

Pepita. *nucleus, ei.*

Pepita de gallina. *Pituita, æ.*

Pequeño. *Paruus, pusillus, exiguus, breuis, modicus, minimus.*

Pequeñez. *Paruitas, tis.*

Peral. *Pyrus, i.*

Pera. *Pyrum, i.*

Peraile. *Lanificus, i.*

Percebir. *Percipio, is. Complecti, comprehendere aliquid animo.*

Perder. *Amitto, iacturam facere alicuius rei.*

Perdida. *Amissio, onis. iactura, æ.*

Perder la vista. *Orbari luminibus. priuari oculis. Vide* Cegar.

Perder el pleyto. *Causam amittere, causa cadere. litem perdere.*

Perder el seso. *In insaniæ morbum incidere.*

Perder el miedo. *Excutere abiicere timorem. Metum ponere.*

Perder el camino. *Errare, aberrare a uia.*

Perder la priuança. *Excidere principis gratia. Vide* Priuado.

* Perder algo de su derecho. *Quid de suo iure concedere liberalitatis est: de suis commodis aliquam partem amittere, paululum de suo iure concedere.*

Perder, destruyr, o echar a perder. *Perdere, disperdere, euertere, destruere, excindere, vastare, dissipare, deformare, populari, profundere, effundere, delere.*

Toda mi haziẽda he perdido. Meorum fortunarum omnium iacturã feci, nil mihi fortuna reliquum fecit. Euersæ sunt, ac perditæ meæ res omnes. Naufragium feci rei familiaris. Actum est, perdidi omnia bona. Euertit me meis omnibus bonis fortuna, nihil mihi reliqui fecit. Oppressæ iacent grauissima fortuna meæ res omnes. Perijt res mea familiaris. Res mea domestica interijt: omnes meas facultates mihi fortuna eripuit, abstulit, detraxit, ademit. Euersus sum omnibus fortunis. Ex meis pristinis ornamentis, & commodis nullum obtineo.

Antes de perderme tenia muchos amigos. Integris meis rebus, saluis meis rebus, rebus meis nondum perditis; antequam res meæ conciderent, perirent; dum meum statum obtinebam; cum meæ res salue erant, atque integrę: cum incolumes starent; cum optimus erat rerum mearum status: florebam amicis: multi se mihi amicissimos profitebantur.

Perdida està la Republica. Iacent omnia prostrata, atque diruta, perijt Resp. nullum apparet, nullum superest vestigium Reip. Nullam formam, nullam imaginem, nullum veteris Reip. simulacrum agnosces. *Vide* Destruyr.

No aueys perdido nada de vuestra hazienda. Res tuæ eodem loco sunt, quo antea: statum eundem tenent: integrę sunt, atque saluæ res tuæ, nihil damni fecerunt, nullum damnum tulerunt, salua sunt apud te omnia.

No perdays el animo. Ne animum dimittas, animo cadas. Animi tui magnitudinem ne inflectas. *Vide* Animo.

Perdido aueys de vuestra honra. *Multum detractum est honori tuo. Vide* Honra.

* Perdido soy del todo. *Perij, disperij, occidi funditus, nullus sum, actum est de me, pessime mecum agitur.*

Perder la verguença. *Perfricare os. Incidere in petulantiam, in vitium procacitatis. Verecundiæ fines transire. Pudoris claustra reuellere. Septa pudoris refringere. Pudorem exuere. Abijcere prorsus verecundiam. Nulla ad facinus detineri verecundia.*

Perdidamente. *perdite.*

Perdido. *perditus, dissolutus, profligatus.*

Perdio las esperanças. *Omnes spes, eius conciderunt penitus. reciderunt in nihilum. euanuerunt omnino. Vide* Esperança.

Perdiz. *perdix, cis.*

Perdigar. *perdicem leuiter amburere.*

Perdon. *Venia, æ.*

Perdonar. *Parco, is. ignosco, is. Animaduersionem, supplicium alicui condonare, remittere, impunitatem dare alicui.*

Perdonaronle la muerte. *Homicidij impunitatem assecutus est, nullam pœnam pro cæde sustinuit, tulit. Absolutionem pœnæ, consecutus est, adeptus est: cædem fecit impune, sine pœna dimissus est, omni pœna exemptus est.*

* *Yo te suplico quieras perdonar mi falta.* Peto a te, vt velis mihi dare veniam, meoque errato ignoscere velis.

Perdurable. *Æternus, sempitern', * perpes perpetuus, immortalis, perennis.*

Perdurable es la verdadera alabança. *Diuturna, perpetua, perennis, immortalis, æterna sempiterna est laus quæ ex vera virtute proficiscitur. In æternum, in perpetuum, in sempiternũ tempus, in omne æuum durat vera, & emerita laus, vera gloria. Nunquam deletur, consenescit. extinguitur obscuratur. Nullum habet finem.*

Perece. *Intereo, is. pereo, is.*

Peregrina cosa. *peregrinus, a, um.*

Peregrinar. *peregrinor, aris.*

Pere-

Peregrinacion. *Peregrinatio, error, erratio.*
Perenal, o perenne. *Perennis, e. iugis.*
Perenal, loco. *Furiosus, amens, tis.*
Peregil. *Petroselinum, i.*
Pereza. *Pigritia, negligentia, æ. ignauia, æ. inertia, æ. desidia, æ.* * *Socordia, segnities, segnitia.*
Perezar. *Pigresco, is.*
Perezoso. *Piger, gri. negligens, tis. desidiosus, segnis, deses, ignauus, iners, lentus, socors, langori desidiaq; deditus: torpore, ac desidia depravatus: desidiæ, socordia, ignauia oppressus.*
* Segun soy perezoso. Quæ mea negligentia est, seu indiligentia.
Perezosamente. *Remisse, lente, pigrius.*
Perficionar. *Perficio, absoluo, cōsummo.*
Perficion. *Perfectio, onis.*
Perfeta cosa. *Perfectus, a, um. omnibus numeris absolutum. omnibus partibus expletum. quod omnes numeros habet. ex omni parte perfectum.*
Perfetamente. *Perfecte, absolute.*
Perfumar. *Suffio, is.*
Perfumar el aposento. *Suffire cubiculum bonis odoribus.*
Perfumes. *Suffimentum, odores incensi.*
Pergamino. *Membrana, æ. membranula, æ.*
Perla. *Vnio, onis. margarita, gemma.*
Perlado. *Præsul, is.*
Perlacia. *Præfectura, æ.*
Perjudicar. *Incommodo, as. noceo, es. obsum, es.*
Perjudicial. *Incommodus, nocens, nocuus.*
Perjurar. *Periuro, as. peiero, as.*
Perjuro. *Periurus, i.*
Perjurio. *Periurium, i.*
Perlesia. *Paralysis, neruorum dissolutio, resolutio, laxatio.*
Perlatico. *Membris dissolutus.*
Permanecer. *Permaneo, es.*
Permitir. *Permitto, cōcedo, potestatem facio.*
Permision. *Permissio, concessio, permissus, us.*
Pernicioso. *Pernitiosus, exitiosus, funestus.*
Pernil de tocino. *Perna, æ.*
Pero. *Sed, at, verum.*
Perpetuar. *Perpetuo, as. continuo, as. perpetuum reddere.*
Perpetuamente. *Perpetuo, semper.*
Perpetuo. *Perpetuus, a, um. perennis, æternus, sempiternus, a, um.*
Perpetuidad. *Perpetuitas, perennitas, diuturnitas, continuatio.*
Perplexidad. *Hæsitatio, onis. Hæsitantia, æ. dubitatio, onis.*
Perplexo. *Hæsitans, hærens, tis.*
Perplexo estoy. *Anceps, ac dubius sum. Animo pēdeo. Animus pēdet, fluctuat, nutat. in ancipiti cura versor, Ancipiti cura distrahor. Vide* Dudoso.
Perrillo pequeño. *Catulus, i.*
Perro, o perra. *Canis, is.*
Perruna cosa. *Caninus, cynicus, a, um.*
Perrillo del fuego. *Tripus focularis.*
Perseguir. *Persequor, eris. insector, insequor, inuehor, eris. Oppugno omnes meos conatus in aliquem infundo.*
* Persecucion. *Persecutio, insectatio, oppugnatio, tela hostium, res aduersæ.*
Perseuerar. *Perseuero, persto, duro, as. pergo, is. permaneo, es. persisto, is. Vide* Opinion.
Perseuerancia. *Perseuerantia, æ. perpetua permansio. stabilitas.*
Persona. *Persona, æ.*

Persuadir. *Persuadeo,es.*

No me puedo persuadir a que es assi. Persuadere mihi non possum, ita esse. credere mihi non possum, ita esse; credere minime possum. De hac re valde dubito, pro certo existimare non possum. *Vide* Creer.

Pertenecer. *Pertineo, attineo, es, conuenit.*

Pertenece al orador el persuadir. *Oratorem decet, oportet persuadere. Interest, refert, oratoris, ad oratorem pertinet, attinet, spectat. Munus est, & officium oratoris suos auditores suadere. Conuenit, expedit oratori. Non est ab negotio oratoris alienum. Exigit oratoris ratio vt persuadeat.*

Pertiga, o varal. *Pertica, æ.*

Pertiguero. *Sceptrifer, i.*

Pertinaz. *pertinax.*

Pertinazmente. *Cum pertinatia, mordicus.*

Pertinacia. *pertinatia, obstinatio, onis.*

Perturbar. *perturbo, bas. permisceo, cõmoueo, concito.*

Perturbacion. *perturbatio, onis.*

Peruertir. *peruerto, tis. deprauo, as.*

Peruertido. *peruersus, prauus, deprauatus, improbus.*

Peruersidad. *peruersitas, prauitas, tis.*

Pesada cosa. *Grauis, e. ponderosus, a, um, onerosus.*

Pesado, o molesto. *Grauis, molestus.*

Pesadumbre. *Molestia. Vide* Pena, Dolor.

* *Darle a vno pesadumbre.* Stomachũ alicui facere, negotium facessere, molestiam exhibere.

* *Sentir pesadumbre de vna cosa.* Moleste aliquid ferre, affici molestia ex aliqua re.

Pesadamente. *Grauiter, fastidiose.*

Peso. *pondus, eris, onus, eris.*

Pesale. *pænitet, piget.*

Pesar, o pena. *Dolor, molestia, æ.*

Tanto pesar me ha dado vuestro sucesso como a vos mismo. Acerbissimo tuo casu æque atque tu doleo; pariter ac tu; non aliter ac tu. Idem mihi, atque tibi, sensus est, & acerbitas, ex grauissimo casu tuo. Tuo dolore mæreo. Tuo mœrore doleo. Socius ægritudinis tuæ sum. Grauiter doleo dolorem tuum. Nihilo leuius, quàm tu, doleo. Eundem, atque tu, dolorem suscepi, ex tuo casu, hausi.

Pesar, desagradar. *Displiceo, es.*

Pesar en peso. *pendo, is. appendo, pondero, penso, pensito, trutinor, libro, as.*

Pesar, o ponderar. *perpendo, is. examino, as. expendo, is.*

Pescado. *piscis, is.*

Pescadero que vende pescado. *Cetarius, piscarius, ij. Salsamentarius, qui pisces salsos vendit.*

Pescado salado. *Salsamentum, ti. salsura, æ.*

Pescar. *piscor, aris. expiscor, aris. hamo pisces capere.*

Pesca. *piscatus, tus.*

Cosa que gusta de pesca. Piscinarius, a, um.

Pescaderia. *piscaria, æ.*

Pescador. *piscator, oris.*

Pececillo. *pisculus, i.*

Pescueço. *Ceruix, icis.*

Pescoçada. *Colaphus, i.*

Pesebre. *præsepium, ij. præsepe, is.*

Peso. *Trutina, æ statera, æ.*

Pesquiçar. *perquiro. Vide* Informacion.

Pes-

tur. *Graecor collect. Planta, quae saepius transfertur, non coalescit. Fabius.*
Piel, o pelleja. *Pellis, is.*
Pielago. *Gurges, tis.*
Pierna. *Crus, ris. crusculum, i.*
Pila, o pilon. *Crater, eris. labrum, i.*
Pilar. *Pila, ae. Columna, ę.*
* Pila de agua bendita. *Aemula, ae.*
Pildora. *Pilula, globulus.*
Piloto. *Gubernator nauis. Nauarchus, nauicularius, & nauiculator.*
Pimienta. *Piper, eris.*
Pino. *pinus, vnde pineus, a, um.*
Pinar. *Pinetum, i.*
Piña. *Pinea, nux.*
* Piña abierta. *Zamia, ae.*
Piñon. *Nucleus pineus, fructus pineus.*
Pinzel. *Penicillus, i.*
* Pimpollo que nace en la rayz del arbol. *Stolo, onis.*
Piñon. *Nux pinea.*
Pintor. *pictor, oris.*
Pintar. *pingo, is. depingo, expingo.*
Querria q̃ me pintassedes vna muy linda Imagen. Velim mihi imaginẽ eximio artificio, politissima arte, egregio opere, singulari artificio exprimas, perficias, perpolias: egregijs picturae coloribus illustres.
Pintura. *pictura, ę.*
Pintura, o arte de pintar. *Ars, industria, facultas depingendi.*
Piojo. *pediculus, i. peduncul**us.*
Piramide. *pyramis, idis.*
Pisada, *Vestigium, ij.*
Pisar. *Calco, as. pessundo, as. protero pedibus, conculco, as.*
Pisonear con pison. *pauio, is. * tundo, (complano.*
Pihuela. *pedica, ae.*

P ante L.

Plaça do se vende. *Forum, macellum, i.*
Plaça, o placeta. *platea, ę.*
Plana. *pagina, ę.*
Plancha. *Lamina, ae.*
Planeta. *Sydus, eris. Planetes, ę.*
Planta del pie *planta, ae.*
Planta para plantar. *planta, ae. surculus, i. malleoli, orum. propago, inis. tradux, traducis.*
Plantar. *Sero, is. consero. * pango, is.*
Plantador de arboles. *Metator, oris.*
Plata. *Argentum, i.*
Plata labrada. *Argentum factum, atq; signatum.*
Platear. *Argento tegere.*
Plateado. *Argentatus.*
Plateria. *Via argentaria.*
Platero. *Aurifex, cis.*
Cosa de plata. Argenteus, a, um.
* Platica. *Sermo, onis.*
* *No sè como dar fin a mi platica començada.* Quemadmodum expediam exitum huius institutae orationis, non reperio.
Platicar con otro. *Colloquor, eris. conferre sermones cum aliquo.*
Plato. *Laux, cis. patina, a. patella, ae.*
Plato grande. *Discus, i.*
Plato con el manjar. *Missus, us.*
Playa. *Litus, oris.*
Plazer, o deleyte. *Voluptas. Vide* Gusto.
Plazentero. *Iucundus, a, um. placidus, a, um.*
Plazenteramente. *placide.*
Plazo. *Dies constitutus.*
Poner plazo. Diem praestituere, constituere, proponere. * Signare, designare, statuere, praescribere, praefinire, definire, praefigere.
* *Para el dia del plazo.* Ad diem dictum, statutum, diffinitum, praefinitum,

nitum, præfixum, pactum, constitutum, præstitutum.

Pagar el plazo. Ad diem soluere, ad tempus.

Ir alargando el plazo. Diem ex die ducere.

Plegar. *plico, as. complico, as.*

Plegaria. *preces, cum.*

Plega a Dios. *Vtinam.*

Plega a Dios que os suceda bien. *Bene tibi vertat hæc res, prospere, & feliciter cedat. Dij tua incepta secundent. Vtinam tua res felicitum exitum habeant.*

Plegadura. *plicatura, æ. complicatio.*

Pleyto. *Lis, tis. causa, æ. controuersia, æ.*

* *Defender el pleyto de vno.* Causam pro aliquo dicere.

Negocio es este de muchos pleytos. Res est multis controuersijs implicata. Res est minime facilis, nec explicata. Multæ ex hac re lites nascuntur. Magnæ sunt in hac causa controuersiæ.

Perdi mi pleyto. Causa cecidi. Causam & litem perdidi: victus a iudicio discessi, irritus discessi. Causa mea victa est. A causa cecidi.

Salio con su pleyto. Causam obtinuit, superior discessit a iudicio. Melior illius causa fuit.

Pleytear. *Litigo, as. discepto. iudicio confli̇ctari.* * *Lite contendere. Causas agere.*

Pleyteante. *Litigator, oris.*

Pliegue de vestidura. *Sinus, us.*

Pliego de papel. *phylura, æ. plagula, æ. bractea, æ.*

Pliego de cartas. *Fasciculus literarum.*

Plomo. *plumbum, i.*

Caminar con pies de plomo. Lento passu incedere.

Plomo de albañil. *perpendiculum, i.*

Pluma. *pluma, æ. penna, æ.*

Pluma para escriuir. *Calamus, penna, æ.*

Aderecar la pluma. Scindere, parare, temperare calamum.

P ante O.

Poblar. *Vrbem condere.*

Pobre. *pauper, egens, inops, egenus, mendicus.*

Pobreza. *paupertas, tis. egestas, tis. pauperies, ei. tenuitas, inopia. Angustiæ rei familiaris.*

Es hombre pauperrimo. Homo est tenuissimus, atque egentissimus. Nihil est in terris, vbi pedem ponat in suo: pedem vbi ponat in suo, non habet. Tenuitas hominis tanta est, vt dissimulari non possit. Ne vnam quidem agri glebam habet. Magna illum egestas premit. Summæ sunt illi angustiæ rei familiaris. In summis rei familiaris angustijs constitutus est. Rerum omniũ inopia laborat. Inopia omniũ rerum affectus, & confectus existit. Summa est obrutus egestate. Omnibus rebus vacuus, nudus in summa mendicitate versatur. Rerum necessariarum egestate præmitur opprimitur. Vitam in summa penuria deget. Codro pauperior est, indigentior. Iro.

* *Venir a gran pobreza.* Redigi in summam paupertatem, deuenire in summam inopiam.

Pobres enuergonçantes. *Qui cũ propter paupertatẽ aliena indigẽt misericordia, ingenuo pudore a querendo deterrentur. Quibus fame potior pudor.*

* Po-

Pocas vezes. *Raro, perraro, rarissime, rarius, rarenter, insolenter, minus, sæpe.*

* Poco saber. *Ignorantia, ignoratio, inscitia.*

* Poco a poco hila la vieja el copo. *Tentando, ad Troiam olim peruenisse Pelasgi. Cuncta perficit vsus Theocritus. Placide bos mouetur. Græcorum collect.*

Poco animo. *Dimissio, infractio animi.*

Poco tiempo ha. *Nuper. Nuperrima. Nondum.*

Pocos dias despues. *Paucis post diebus. Paucos post dies.*

Poca gracia en dezir. *Iniucunditas orationis. Insulsus, & illepidus sermo.*

Poco se faltò. *Parum abfuit quin. proprius nihil est factum.*

Poco numero de gente. *Exiguus sane numerus hominum. infrequentia summa auditorum.*

Poca salud. *Valetudinis infirmitas, imbecillitas, grauitas.*

Pocilga. *Hara, æ. suile, is.*

Poco. *paucus, a, um. paucitas hominum.*

Poco diligente. *parum diligens.*

Poco antes. *paulo ante, haud ita pridē.*

Poco despues. *paulo post, nō multo post.*

Poco ha. *Modo, dudum, paulo ante.*

Poco mas, o menos. *paulo plus, minus ve. Vide* Casi.

Poco mas. *paulo plus.*

Poco menos. *paulo minus.*

Poco a poco. *paulatim, pedetentim, pedepressim, sensim, leniter, lente, cunctanter.*

Podar. *puto, as.*

Podador. *putator, oris. vinitor, oris.*

Podadera. *Falx putatoria, aut vinitoria.*

Poda, el tiēpo de podar. *putatio, onis.*

Poder. *potestas, facultas, potentia, opes.*

* *Dar su poder.* Transferre suam potestatem in aliquem, communicare suam potestatem cum aliquo, rerum omnium potestatem facere alicui, præponere, substituere, præficere aliquem alicui negotio.

Tiene el Papa sumo poder en la Iglesia. Præest Ecclesię summo cum Imperio Pontifex Maximus. Summa est Pōtificis Maximi potestas. Præest Ecclesiæ ea potestate quæ potest esse maxima: eo iure, quod amplissimum esse potest. Rem Christianam regit, gubernat, administrat summa cum potestate. Penes Pontificem Max. in Repub. Christiana administranda summa potestas est.

Poder. *possum, valeo, es. queo, is.*

Podrecerse. *putresco, is. tabeo, es.*

Podrecer. *putrefacio, is.*

Podre. *pus, ris. sanies, tabes, tabium, i.*

Podrido. *putris, e. putridus, a, um.*

Poeta. *poeta, æ.*

Poesia. *poesis, poetica, æ.*

Poesia, obra poetica. *poema, atis.*

Polea. *Vertebra, æ. trochlea, ę.*

Poleo. *pulegium, ij.*

Polido. *politus, elegans, nitidus, cōptus, cultus.*

Policia. *Vrbanitas. lautitia, elegantia.*

Polir. *polio, is. expolio, is.*

Polilla. *Tinea, æ. blatta, ę.*

Polipodio. *polipodium, ij.*

Pollo. *pullus, i.*

El que cria pollos. Pullarius, ij.

Poluo. *puluis,ris.*
Poluorofo. *pulueruleutus,a,um.*
Poluora. *Sulfureus puluis, puluis incendiarius.*
Poluorear. *puluerem spargere.*
Pompa. *pompa, æ.*
Ponçoña. *Venenum,i. virus,i.*
Ponçoñofo. *Venenatus,a,um.*
Echar veneno. Venena spargere, infundere, dare venenum.
Ponderar. *pondero. Rem suo momento ponderare. Rerum momenta diligentissime pendere. Rem suis ponderibus examinare.*
Ponderacion. *Commentatio, contemplatio,onis.*
Poner. *pono, is. Loco, colloco, as. statuo, is.*
Poner delante. *Propono, is. profero. Rem medio proponere.*
Poner encima. *Impono,is.*
Poner debaxo. *Suppono, is.*
Poner junto a otra cosa. *Appono,is.*
Poner a parte. *Sepono,is.*
Poner la gallina. *Ouum parere, excludere, facere, ponere.*
Poner precio en almoneda. *Liceor, eris. licitor, taris. indico, as. Facere pretium, æstimare. Sed indicare, est venditoris: liceri, emptoris.*
Poner nombre. *Nomen imponere, indere.*
Poner gana de comer. *Appetentiam cibi præstare, facere. Incitare auiditatem, incitare stomachum.*
Poner argumento. *Proponere argumētum. Aliquid abiicere.*
Rechinar. *Strideo, es. strido, is.*

Recibo. *Acceptum, i.*

Recitar la oracion. *Dicere descripto.*

Rector. *Rector, oris.*

Recusar juez. *Eiurare iudicem.*

Red. *Rete, is.*

* Redes. *Plagę, plagarum.*

Red para peces. *Sagena, ę.*

Red barredera. *Euerriculum, i.*

Red para tomar fieras. *Plaga, æ.*

Cayò en la red. Laqueo captus est per insidias.

Redaño. *Omentum, i.*

Redarguyr. *Redarguo, is. coarguo, is. reuinco, is.*

Redimir. *Redimo, is.*

Reditos. *Census, us.*

Redoma. *Ampulla vitrea.*

Redondo. *Rotundus, a, um. globosus, a, um.*

Redondear. *Rotundo, as. rotundum facere.*

Redondez. *Orbis, is.*

Reduzir, a orden. *Redigo, is. digero, is. reuoco, as.*

Reduzir al bien a otro. *Aliquem ad honestam vitæ rationem traducere. Vide* Conuertir.

Reedificar. *Readifico, as. instauro, as.*

Referir, contar. *Refero, ers.*

* Refitolero. *Architriclinus.*

Reformar. *Corrigo, is. emendo, as. conformo, as.*

Reformar la Republica. *Instituta Reipub. quæ dilapsa fuerant seueris legibus vincire. Præclara Reip. instituta reuocare.*

Reformacion. *Instituta optima.*

Refran. *Prouerbium, i.*

Refran antiguo es. *Tritum est vetustate prouerbium. In prouerbij consuetudinem venit. Locum prouerbij obtinet. In prouerbio est.*

Refregar. *Refrico, as. attero, is. tracto.*

Refrenar. *Freno, as. refręno, as. coerceo, es. contineo, es. comprimo, is. cohibeo, es. moderor, aris. teneo, es. edomo, as, compesco, retardo. Frænos iniicere alicui. Mutinam illi exultanti tanquã frenos furoris iniecit.*

Refrenar los antojos. *Vide* Antojadizo.

* Refrenar la yra. *Continere iracundiam.*

Refrenar el dezir de las gentes. *Reprimere sermones hominum facto aliquo.*

Refrescar al caluroso. *Refrigero,as.*
Refresco. *refrigeratio,onis.*
Refrescar las llagas. *Vulnera refricare. Renouare, quæ pæne consenuerant vulnera exulcerare. Sopitum dolorem excitare. Vulneribus manus afferre. Dolorem refricare.*
[R]egaço. *Gremium, ij.*
[R]egalar. *Indulgeo, es.*
[R]egalo. *Indulgentia,æ.*
[R]egalos, o deleytes. *Deliciæ,arum. Vide* Deleyte.

No os regaleys demasiado. Ne nimis tibi indulgeas. Corp' foueas. Tibi seruias. Ne deseruias, inseruias nimis voluptati. Ne plura quam decet blantimenta corporis feceris. Ne cures nimis, nimio studio, quæ corporis sunt, quæ ad corpus expectant. Ne Alcinoi iuuentutem imiteris incuranda cute. Ne te indulgenter nimis coquas. Ne nimia indulgentia depraueris.

Regalado, o delicado. *Indulgens sibi: corpori deseruiens. Mollis, & delicatus.*
[R]egar. *Rigo,as. irrigo,as.*
[R]egadizo. *Irriguus,a,um.*
[R]iego. *Irrigatio,onis.*
[R]egar el rio los campos. *Alluo, is. irrigo.*
[R]egaton. *Tropola.*
[R]egañar. *Frendeo,es. dirumpo,is.*
[R]egañon, vięto. *Borcas,æ. aquilo,onis.*
[Re]generacion. *Regeneratio,onis.*
[R]egion. *Regio,onis.*
[R]egistrar. *In publicas tabulas referre.*
[Re]gistro, la primera escritura. *Prototypon, archetypon,i. regestum,i.*
[R]egistro de escriuanos. *Tabularium, prototypon, regestrum,i.*
Regla. *Regula,æ. canon,onis.*
Reglar. *Lineas ducere.*
Regularmente, o de ordinario. *Fere, plerumque, prope semper.*
Regoldar. *Ructo,as. eructo, as. ructum emittere.*
Regozijo. *Gaudium,i.*
Regozijarse. *Recreare, oblectare animum. Reficere, laxare, relaxare animum.*
Regozijadamente. *Hilare. Hilari vultu, læta, & serena fronte, quem accipere.*
Regozijo publico. *Publica lętitia.*
Regueldo. *Ructus,us. exhalatio,onis.*
Regir. *Rego,is. guberno,as. moderor,ris. administro,as. Vide* Gouernar.
Regimiento. *Senatus,us.*
Regidor. *Senator, ris. moderator vrbis.*
Regozijado. *Alacer,cris,e. lętus,a,um. iucundus,a,um. Hilaris, is.*
Rehazer. *Reficio, is. restauro,as. Instauro.*
Rehenes. *Obses,dis.*
Rehusar. *Refugio, subterfugio, recuso.*

Ningun trabajo rehusare por la patria. Nullum patriæ laborem denegabo. Nullum periculum deprecabor, fugiam aut reformidabo, refugiam, aut reformidabo, refugiam Reip. causa. Non recusabo. Non obnuam, &c.

Reja para arar. *Vomis,eris.*
Reja de ventana. *Cancelli, orum, crates,ium.*
Rejalgar. *Aconitum, i.*
Relamerse en algo. *Regustare quid Cicer.*
Relampago. *Fulgur,ris. Discessus cæli.*

* *Ful-*

* *Fulgor, splendor. Crebris micat ignibus æther.*

Relampaguear. *Fulgor, as. corusco, as. emitti fulgorem. Ioue fulgurante.* Relampagueando. *Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, totàque Græciam permiscere videbatur.*

Relatar. *refero, ers. censeo, es. narro, as.*

Relacion. *Relatio, nis. narratio, nis. recitatio, onis.*

Dar relacion de lo que ha passado. Deferre, perferre, narrare, exponere, quæ acta sunt aperire.

Relator. *Relator, oris.*

Relaxar. *Laxo, as. relaxo, as.*

Relieues cosas que sobran. *Reliquiæ, arum.*

Religion. *Religio, onis. pietas, tis.*

* *Entrar en Religion.* Religiosam vitam, vel viuendi rationem religiosam amplecti, rebus omnibus, vel mundo nuntium remittere, vel longum vale dicere, in religiosę vitæ portum se recipere sese abdicare; arctissimum diui Frãcisci institutum arripere, induere cucullum.

Religioso. *Religiosus, a, um.*

Religiosamente. *Religiose, pie.*

Religion falsa. *Superstitio, onis. vana religio. Vnde. Superstitiosus, a, um.*

Reliquias. *Reliquię, arum. Memoria, ę.*

Relinchar el cauallo. *Hinnio, is.*

Relincho. *Hinnitus, us.*

Relicario. *Relicarium, ij.*

Relleno. *Refertus, a, um.*

Relox de agua. *Clepsydra, æ.*

Relox de Sol. *Solarium, ij.* * *Ciathcrium, i.*

* *No va bien el relox.* Delirat horologium, discordat, dissidet, discrepat, a Sole; non congruunt inter se, non conueniunt Sol, & horologium.

* *Vna hora va adelantado.* Horologium anteit, antecedit, antegreditur Solem, vna hora.

* *Vna hora atras.* Sol antecedit horologium vna hora, &c.

* *Concertar el relox.* Componere horologium ad Solis, vt temporum rationem, ad normam reuocare horologium Solis cursum antegrediens.

Reluzir. *reluceo, es.*

Relumbrar. *Luceo, reluceo, refulgeo, es.*

Remanso de agua, o balsa. *Conclusa aqua.*

Remanecer. *Exorior, eris.*

Remar. *Remigo, gas. Nauem remis propellere. Vnde, remigatio, onis.*

Rematar, o concluyr. *Concludere. Terminare.*

Por rematar. Vt aliquando concludam. Vt ad finem orationis. Perueniam. Vt finem dicendi faciam, vt coronidem, aut colophonem meæ addam orationi, vt operi vltimam, extremamque manum imponam.

Remate, o conclusion. *Finis, is. exitus, us.*

Remate. *Calx, cis. extremitas, tis.*

Remero. *Remex, gis.*

Remedar. *Imitor, aris. exprimo, is.*

* *Bien le remeda.* Eleganter illum exprimit, assimulat. Probe aptissime illius gestus, & verba effingit, eius autoritatem ementitur: actiones imitatur.

Remediar. *Opem alicui ferre, auxiliũ*

remedium ferre, adhibere.

Remediar mal. *Occurro,is. medor,eris.*

Remedio. *Remedium,ij.*

No tengo remedio alguno. Plane perij. Mea causa sanari nõ potest. Nullus est medicinę faciendæ locus. Nullum est meis incommodis remedium. Nulla mihi reliqua est salutis spes. *Vide* Esperança.

Remendon. *Cerdo,onis.*

Remendar. *Resarcio,is.*

Remirar alguna cosa. *Vide* Adelgazar.

Remirarlo. *Cautùs, i. consideratus. homo prudentia singulari; atque consilio. Prudentię laude clarissimus.*

Remitir. Remitiome al libro. *Me ad librum reiecit.*

Remitome a la obra. *Res ipsa declarabit, ostendet.*

Remisso. *Remissus, & leuis, non acer. Leni animo, & remisso. Eneruatus, lãguens, languidus, langore confectus.*

Remo. *Remus, i.*

Remoçarse. *Repuerasco, iuuenesco, is.*

Remojar. *Aqua madefacere, in aquam immittere.*

Remolino de viento. *Turbo,inis.*

Remolino de agua. *Vorago,inis. vortex,icis.*

Remolino, o coronilla de la cabeça. *Vertex,icis.*

Cosa que tiene remolinos. Verticosus.

Remordimiento de conciencia. *Cõscientię morsus acerrimus. Angor animi, & solicitudo vexat improbos.*

Remudar. *Muto, as.*

Remunerar. *Remuneror, aris. Beneficia, beneficijs compensare. Remunerari alicuius merita. Beneficia reddere. Memorem se præbere paribus officijs. Vide* Agradecer, y Beneficio.

Reñon. *Ren, is.*

Rendir los enemigos. *Hostes subijcere, vincere.*

Rendido, obediente. *Obediens dicto.*

Rendirse. *Deditionem facere. Dedere secedere.*

Rendirse. *Demittere se. Vide* Humillarse.

Rendido, humilde. *Demissus. submissus, & humanus. ab omni ambitione alienus. auersus ab omni laudis cupiditate.*

Renegar de la Fè. *A Christiana Religione deficere, desciscere. Christianam Religionem deserere. Abiurare Christi seruatoris nostri fidem, & damnatæ Religionis dogmata sequi. Vale dicere Christo, & ad hęretica castra deficere.*

Renegado. *Transfuga, perfuga, ę.*

Renglon. *Versus, us. Linea, ę.*

Renombre. *Cognomen, inis.*

Reñir. *Rixor, aris. Iurgio contendere.* * *Ad manus cum aliquo venire, prælium, vel pugnam conferre.*

Renouar. *Renouo, as. Instauro, as.*

Renouar costumbre. *Veterem morem renocare, reducere.*

Renouar los estudios. *Renouare, quæ intermissa fuerunt studia literarum. Rursus se ad studia conferre.*

Renouar los arboles, o brotar. *Gemmo, as. germino, as.*

Renueuo del arbol. *Gemma, æ. Germen, nis.*

Renueuo, o logro. *Vsura, ę. fenus, eris.*

Renta. *Annui redditus, prouentus, vectigal, pensio, onis.*

Tiene mil ducados de renta cada año. Ex suis possessionibus annuos capit aureos mille. Mille aureorũ vectigal ei cedit singulis annis. Annuum millenorum aureorum censum capit: aureos quotannis mille. Mille quotannis suæ illi possessiones reddunt, pensitant. Ad illum perueniũt mille aurei ex suis possessionibus.

Rentero, que arrienda. *Conductor, oris.*

Rentero, que paga renta. *Vectigali, e.*

Renunciar cargo. *Abdico, as.*

Renunciacion. *Abdicatio, onis.*

Renunciar el mundo. *Nuntium mundo remittere.*

Renzilla. *rixa, æ. Iurgium, ij.* * *Contẽtio, altercatio, controuersia.*

* *Buscar renzillas.* Quærere discordias.

Tener renzillas con alguno. Iurgio cum aliquo contendere. Altercari cum aliquo. Contendere cum aliquo.

Renzilloso. *Litigosus, a, um. Procliuis ad rixam. Contentionis cupidus.*

Reparar lo mal parado. *Reficio, is. paro, as. instauro, as. restituo, is.*

Reparador. *restitutor, oris.*

Reparos de casa. *Sarta tecta.*

Repartir. *Diuido, is. distribuo, is. partior, dispartior, tiris. dilargior, iris.*

Repartimiento. *Distributio, onis. partitio, onis.*

Repartidor. *Distributor, oris.*

Repelo, padrastro junto a la vña. *reduuia, arum.*

Repetir. *repeto, is. itero, as.*

Repeticion. *Iteratio, repetitio, onis.*

* Replicar. *Vide* Argumento.

Reportarse. *Colligere se, reuocare se. Vide* Recoger.

Reposar. *Quiesco, is. Quietem capere, & requiesco, is. Vide* Dormir.

Reposo. *quies, tis. requies, ei.*

Reposado. *quietus, a, um.*

Repostero. *Stragulum, i.*

Reprehender. *Reprehendo, is. obiurgo, as. accuso, as. vitupero, as. Male aliquem verbis accipere, exagitare, carpere. Vitio aliquid alicui dare, vertere.*

* Reprehensor. *Obiurgator, reprehensor.*

Reprehension. *Reprehensio, accusatio, vituperatio, onis.* * *Obligatio, castigatio, animaduersio.*

Representar. *Personam agere.*

Representacion. *Actio, onis, actus, us. Scena, æ.*

Representante. *Actor, oris. comœdus, i. histrio, onis. Scenicus.*

Representar el papel del Rey truan, &c. *Agere personam Regis. Ducis, Parasiti, serui, &c.*

Representar al natural. *Referre aliquẽ, & exprimere vt reuera est.*

Representar, poner delante. *Repræsento, as.*

Reprimir. *reprimo, is. coerceo, es.*

No ay quien reprima el atreuimiento deste. Nemo est, qui istius audaciam coercere, frãgere, resecare, reprimere, comprimere, continere possit: illi frenos iniicere.

Reprouar. *reprobo, improbo, as. reiicio, is.*

Reprobacion. *reprobatio, onis.*

Repugnar. *repugno, as. aduersor, aris. reclamo, as. reluctari, refragari.*

Repugnancia. *repugnantia, æ.*

Repudiar. *repudio, as. respuo, is. recuso,*

so, as. aspernor, aris.

Repudiar a la muger. *Nuntium vxori remittere. repudio, as.*

Reputar. *Vide* Estimar.

Res cabeça de ganado. *Pecus, udis.*

Republica. *respublica, æ.*

Requerir. *Moneo, es.*

Rescatar. *redimo, is. Vide* Cautiuerio.

Rescate. *redemptio, onis.*

Reseña del exercito. *recensio, onis.*

Hazer reseña. Lustrare exercitum.

Resfriarse. *refrigesco, is.*

Resfriar. *refrigero, perfrigero, as.*

Resfriaronse las nueuas. *Refrigerato sermone hominum rumor raucus factus est.*

Residir. *resideo, es.*

Resina. *resina, æ.*

Resignar cargo. *Abdicare se munere.*

Resignacion. *Abdicatio, onis.*

Resistir. *resisto, is. obsisto, is. obsto, repugno, as. Occurrere alicui. Opponere se alicui. Vi, vim alicuius frangere. Impetus alicuius reprimere. Consilia constringere. Impedimenta alicui obiicere. Impedimentum esse. Vide* Yr a la mano.

Resistio con valor al enemigo. *Singulari virtute, acri animo summa contentione hosti resistit obstitit, repugnauit strenue, ac fortiter impetus hostiles excepit. Acerrime vim ac furibundos hostium conatus sustinuit. Incursus, incursiones hostium fortissime compressit.*

Resistenc a. *repugnantia, æ.*

Resollar. *Spiro, as. respiro, as.*

Resuello. *Spiritus, us. respiratio. spiratio, anhelitus, us.*

Hõbre de poco huelgo. *Cuius est spiritus angustior; animi interclusio.*

Resoluer, dar resolucion. *Definio, is.*

Resoluer el negocio, o question. *Dirimere controuersiam. Profligare, tollere, explicare, diiudicare, rem controuersam. discutere disceptare quæstionẽ. Nodum quæstionis expedire.*

Resoluerse, o determinarse. *Certa in aliqua sententia consistere. Vide* Determinar.

Resonar. *Resono, as.*

Respetar. *Obseruo, as. colo, is. vereor, eris. reuereor, eris. Magna in aliquem obseruantia esse.*

* *Yo siempre desde mi niñez te he honrado, y tenido respeto.* Ego te semper a puero colui, & obseruaui. Te semper ab ineunte mea ætate summo inhonore habui. Te semper a pueritia sum honore, & reuerentia maxima prosequutus. Te semper parentis loco habui, tuis iussis par ui. Tuis mandatis obediui. Tuis cõsilijs acquieui. Incredibili in te ob seruantia semper fui.

Respeto. *Obseruantia, æ. reuerentia, æ.*

Respirar. *respiro, as. spiritum duco, anhelo.*

Respiradero. *Meatus, us.*

Resplandecer. *Splendeo, es. resplendeo, es. refulgeo, es. mico, as. eniteo, es. nitesco, is. fulgeo, es. splendesco, is.* * *Luceo, alluceo, perluceo, colluceo, elucesco. Coruscare, clareo, per metaph. magis nunc viri gloria claret. Virtus semper splendet, nec alienis vnquam sordibus obsolescit.*

Resplandeciente. *Nitidus, splendidus, fulgens, tis.* * *Clarus, longe, lateque coruscans.*

Resplandor. *Splendor, oris. fulgor, oris. Nitor, oris. Metb. splẽdor generis.* Nobleza.

bleza. *Splendor orationis.* Eloquẽcia. *Splendor literarum. doctrina. virtutis splendor.* El lustre de la virtud.

Responder. *Respondeo, es. Responsum dare, prabere, reddere.*

Responder a carta. *Rescribo, is. Respondere epistola. remittere literas.*

* Responder a lo que pides en tu carta. *Rescribam tibi ad ea quę quaris.*

Responder por si. *Diluere. dissoluere crimen.*

Respondio agudamente. *Acute, acutissime, docte, erudite egregie, diserte, praclare, peritissime, ingeniose, subtiliter sapienterq; respondit.*

Respondio mal. *Absurde, inepte, indocteq; respondit.*

Respuesta. *responsum, i. responsio, onis.*

Respuesta diuina. *Oraculum, i.*

Resquebrajarse. *Hio, as.*

Resquebrajadura. *rima, a. Hiatus, us.*

Resquebrajado. *rimatus, a, um.*

Resquicio. *rima, a.*

Resta. *restat, bat. reliquum est. residuum est. Superest.*

Restituyr. *restituo, is. reddo, is.*

Restituyr al primer estado. *In integrũ aliquem restituere.*

Restitucion. *restitutio, onis.*

Resualar. *Labor, eris.*

Resualadero. *Lubricus locus, lapsus, us. Lapsio, prolapsio, onis.*

Resucitar. *resurgo, is. reuiuisco, is. reuixi, ad vitam redire.*

Resucitar a otro. *A mortuis aliquẽ excitare, suscitare, exuscitare, reuocare aliquem ad vitam, ab inferis.*

Resucitar en esta carne mortal. *resumere omnia membra viuentia.*

Resucitado. *rediuiuus.*

Resumir. *Vide* Abreuiar.

Resurrecion. *Anastasis. reditus ad vitam.*

Retama. *Genista, a.*

Reteñir la campana. *Tinnio, is.*

Retinte. *Tinnitus, us.*

Retener. *retineo, es, teneo, es. conseruo, as.*

Retirarse. *retrahere se: reuocare se.* * *Recipere se, referre pedem, regredi, reuocare gradum, receptui canere.*

Retoñecer el arbol. *Gemmo, as.*

Retorcer. *retorqueo, es.*

Retorica. *rhetorica, a. Ars dicendi.*

La retorica es arte excelente. Rhetorica ars est præstantissima, nobilissima, vtilissima, ingenuo liberoque homine dignissima. Ars bene dicẽdi diuina est, e cęlo delapsa diuino munere, ac beneficio cõcessa hominibus. Rhetorica est facultas qua sapientiã perfectã adquirimus religionem suademus. hominũ affectus inflammamus, & restinguim* epistolas apte, ornateq; scribimus nos ipsos defendimus, negotia agimus, veteres scriptores intelligimus, & explicamus. doctrina dicẽdi pacis, & otij socia, est, vitæ magistra, Regina, ac Princeps omniũ artium. Ea est sine qua nemo perfectam Latinæ lingue cognitionẽ comparare potest. Nemo ad dicendum sapienter inuenire, apte dispore, copiose, distincte, explicate illuminate dicere sine rhetorica valet. Ea est quam docti homines libenti animo complectuntur, quam barbari, imperiti, & stulti contempnunt.

Retorico. *Rhetor, oris.*

* Retraer. *protraho,is.*

Retraerse, o retirarse en la batalla. *Cauere receptui. Pedem referre. Recipere se ad castra.*

Retraerse,o acogerse. *Recipere se aliquo. Conferre se.*

Retratar a alguno.*Effigiem alterius aut similitudinem exprimere.*

Retrato. *Imago,effictio alicuius.*

Retratarse. *Orationem retexere. Vide* Desdezirse.

Retratacion. *Recognitio, onis. reuocatio.*

Retraymiento. *Receptus,us.recessus,us. penetrale,is. conclaue,is.*

Retrete.*Recessus, penetralis domus.*

Reuanada.*Frustrum. Segmentum,i.*

Reuelar. *Enunciare mysteria, patefacere,aperire.*

Reuelacion. *Afflatus,us.Instinctus Diuinus,vaticinatio.*

Reuerencia,o respeto. *Obseruantia,æ. reuerentia,æ. honor,oris.*

Reuerenciar a Dios. *Cultus,us.religio, onis.honor,is.veneratio,onis.reuerentia,æ. Vide* Dios.

Reuerenciar. *Vereor,eris.*

Es vn hombre a quien todos tienen mucha reuerencia. Is est, quem omnes obseruantissime colunt. Cui præstant summam reuerẽtiam: cuius reuerentię inseruiunt.Cui summam vbique honorem deferunt. Nemo est, qui non illum reuereatur,non obseruet: non summo honore prosequar. Non reuereatur, & colat.

Reuerdecer. *Reuiresco, is.*

Reuiuir. *Reuiuisco,is. reuixi.*

Rey. *Rex, gis.*

Reynar. *Regno, as. impero, as. Regnum tenere. Imperium tenere.*

El Rey de España reyna en grande parte del mundo. Potentissimus, & inuictissimus Hispaniæ Rex Philippus longe,lateq; regnat. Omnibus fere nationibus, & gentibus dominatur. Totum pene terrarum orbem complectitur Hispaniæ Regis potestas, totius pene orbis Imperium tenet, obtinet Hispaniarum Monarcha. Quam multas nationes, & gentes in sua potestate, & ditione continet. Amplissima Regna possidet. Præest innumeris terrarum orbis Prouincijs Hispaniæ Rex Imperium,Potestas,Principatus multarum gentium terra, marique penes Regem Philippum est.

Reyno. *Regnum,i.Imperium,ij.*

Reyr. *Rideo, es. risum edere.* * *Marcus Crassus semel in vita Risi.*

Sonreyrse. Subrideo,es.

* *Reuentar de risa.* Risu pene corruere,risu emolliri,rumpi,disrumpi intra pectus exultare, in maximo risu erumpere.

* *Dar grandes risadas.* Cachinare,cachinnos profundere, vel in cachinnos erumpere.

* *Refrenar la risa.* Tenere,continere, cohibere, comprimere, reprimere risum, vel cachinnum tẽperare.

* *Hazer reyr.* Mouere, commouere, excitare, concitare alicui risum singulis verbis, traducere,cõuertere a seueritate ad hilaritatem, risumque animos auditorum.

Reyrse de otro, *Irrideo,es.*

Reyrſe con otro. *Arrideo,es.*

Ya rie el alua. Iam luceſcit.

Reyterar. *Itero,as. repeto,is.*

Rezar. *Fundere preces Deo.*

Rezar el Oficio. *Diuinum Officium recitare.*

Reziente. *Recens,tis.*

Rezia coſa. *Durus,a,um.*

Rezio, de muchas fuerças. *Robuſtus, Valens, fortis, neruoſus, multum habens virium. Satis habens virium. Maximis corporis viribus. Lacertoſus Magno corporis robore, ac firmitate.*

Rezio de condicion. *Durus, ac ferreus homo: ex ferro, & calybe conſlatus ex ſilice natus, ex ſaxo ſculptus, aut ebore dolatus Marpeſia caute durior.*

R ante I.

Riachuelo. *Riuulus,i.*

Ribera de mar. *Litus,oris. Ora maritima. Regio maritima.*

Ribera de rio. *ripa,æ.*

Rico. *Diues,tis. locuples. Diuitijs inſtructus. Paratus a re familiari. Opulentus. Qui ſatis poſſidet diuitiarum. Cui res eſt familiaris ſatis ampla. Cui diuitiarum ſatis eſt. Qui opibus valet. Cui ampla res eſt. Cui multũ eſt pecuniæ, res familiaris copioſa, multa facultates. Vide* Dinero, abundancia.

Ricamente. *Opulenter, opipare.*

Ridiculo. *ridiculus, i. per ridiculus. riſu dignus.*

Rienda de freno. *Habena,æ.*

* *Soltar las riendas al cauallo.* Laxare, laxas dare, dare habenas.

Rieſgo, o peligro. *Periculum,i. Diſcrimen,inis. Vide* Peligro.

Rifar los perros. *ringor,eris.*

Rigor. *Magna, ſumma ſeueritas. Grauitas acerba. Auſtera ſeueritas.*

Rigor de frio, o calor. *Vis frigoris, aut caloris.*

Riguroſo. *rigidus, ſeuerus, auſterus.*

Riguroſamente. *rigide, ſeuere, aſpere.*

Rima, o rimero. *Congeries,ei.*

Rincon. *Angulus,i.* * *Torris,is.*

Riña. *Vide* Borraſca.

Riñones. *renes,um.*

Rio. *Fluuius,uij. flumen, inis. amnis,is.*

Rio arriba. *Fulmine aduerſo.*

Rio abaxo. *Aqua, vel flumine defluẽti.*

* *Salir de madre el rio.* Reſtagnare, redundare flumina, diffluere extra alueum, vel ripas; extra ripam defleƈtere.

Mudar de corriente, o madre el rio. Cõtorqueri, defleƈti in alium curſum amnem vel fluuium.

* *Crecer el rio.* Creſcere, accreſcere, intumeſcere flumẽ imbribus aſsiduis.

* *Menguar el rio.* Decreſcere flumen.

Riqueza. *Diuitiæ,arum. opes,um.*

Tiene muchas riquezas. Abundat, affluit, circumfluit maximis opibus. Floret diuitijs, fortunas maximas obtinet. Amplisſima bona poſsidet, ingentes opes habet. res ei eſt familiaris ſatis ampla. ornatus eſt, præditus eſt multis bonis, copijs, ſuppelleƈtile admodum diuite.

Riſa. *riſus,us.*

Causò riſa a todos, lo que dixo. Eius orationem maxime omnium riſus conſecutus eſt. Eius oratio magnũ omnium riſum excitauit, mouit. Eius audita oratione, miros omnes riſus ediderunt: riſu pene corruerunt: cachinnos excitarunt.

Riſa-

Risada. *Cachinnatio,onis. cachinnus,i.*
Risco. *rupes,is.saxum.*
Ristra de ajos. *restis,is.*
Risueño. *Propensus ad risum.Facilis ad risum.*
Rito,o ceremonia. *ritus, us. hominum ritu viuere.*
Ritual. *Libri rituales,qui ritum , & ceremoniarum rationes præscribunt , & continent.*

R ante O.

Robar. *Trador , aris. deprędor. Vide* Saltear.
El enemigo ha robado muchos lugares. Hostis multas vrbes diripuit, magnas ex multis vrbibus prædas egit; multas vrbes rapinis exhausit,exinaniuit,depopulatus est,populatus est.
Robar templo,o casa. *Depeculor,aris. Compilo, expilo , las. diripio , is. spolio.*
Robar por el mar. *Pyraticam facere.*
Robador. *Prædator , oris. grassator.*
* *Prędo,onis.*
Robo de casa,o lugar publico. *Peculatus,us.*
* Robo de campo. *Spolia,orum.*
Robo de lugar sagrado. *Furtum sacrilegum, sacrilegium.*
Robo de alguna cosa. *Direptio , onis. compilatio, expilatio.*
Robo,o presa de enemigos. *Præda,ę.*
Robo de ladrones. *Latrocinium,ij. Furtum,i. rapina, ę.*
Roba los coraçones con su agrado. *Allicit, allectat, trahit attrahit, rapit ad se diligendum in sui amorem animũ omnium suaui quadam lenocinio. Inuitat,accendit,inflammat in sui beneuolentiam omnium voluntates.*
Roble. *robur,oris.*
* *Especie de roble.* Laburnum,i.
Robledad. *Locus roboribus consitus.*
Robusto. *Robustus , valens, fortis, neruosus.*
Roca. *Scopulus,i. rupes,is. cautes,is.*
Rocin. *Caballus,i.*
Rocio del cielo. *Ros,oris.*
Rociar. *Aspergo, conspergo,respergo,is. perfundo,is. roro,irroro,as.*
Rociada. *Aspersio,respersio,roratio.*
Rodajo. *Trochlea, æ.*
Rodar. *Voluor,eris.*
Rodeo. *Circuitus,us. ambitus,us.anfrãctus,us.*
Rodeos. *Ambages. Circuitiones.diuerticula. flexiones viarum.*
Rodear vna cosa a otra. *Circundare, cingere, sepire.*
Rodezno. *Vertebra,æ. trochlea,æ.*
Rodilla de la pierna. *Genu, u. poples, itis.*
Roer. *Rodo,derodo,corrodo,is.*
Royendo me anda los çancajos. *Me in circulis carpit,rodit,mihi detrahit.*
Dado le aueys en q̃ roer. Iniecisti in eius animũ quod vix cõcoquat; quod cum pungat diu. Aculeum immisisti in eius animũ,quem non facile euellet.
Roedura. *Rosio,onis.*
Rogar. *Rogo,as.oro,as. obsecro,as. precor,aris. deprecor,aris.*
* Rogar humilmente. *Supplico,as.*
Rogar con lagrymas. *Imploro,as.*
Rollizo. *Teres,etis.*
Rollo,o horca. *Patibulum,i.*
Yd os al rollo. Abi in malã crucẽ.
Romance. *Romanus sermo , vulgaris.*
* *Idioma vernaculum , sermo vernaculus,materna, vel patria lingua, vel ser-*

sermo. Hispanicus sermo.

Romançar. *In sermonem Romanum aliquid vertere, vel in vulgarem.*

Romadizo. *Catharrus, grauedo capitis.*

Arromadizado. Grauedinosus.

Romero, yerua. *Ros marinus.*

Romero, o peregrino. *Peregrinus.*

Romeria. *Peregrinatio, onis.*

Romo. *Simus, i.*

Romper. *Rumpo, is.*

Romper batalla. *Confligere cum hostibus, congredi, signa conferre, prælium committere.*

Rompimiento de batalla. *Conflictus, us.*

Romper en diuersas partes. *Disrumpo, is.*

Romper por medio. *Perrumpo, is.*

Romper quitando de otra cosa. *Abrumpo, is.*

Romper la carcel. *Vincula carceris reuellere. parietes carceris perforare. clam ex carcere profugere.*

Romper las puertas. *Perfringere repagula ostij. effringere ianuam. fores.*

Roncar. *Sterto, is.*

Ronco. *Raucus, a, um.*

Parose ronco en el sermon. Vocem obtudit concionando. Vox illum defecit.

Ronquera. *Raucitas, tis.*

Roncero, halagueño. *Blãdus, callidus, adulator.*

Ronceria. *Calliditas, tis. blanditia, arũ.*

Roncha. *Vibex, icis.*

Ronda de la cerca de la ciudad. *Pomœrium, ij.*

Rondar la ciudad. *Lustrare vrbem, circuire vrbem.*

Roña. *Scabies, ei.*

Roñoso. *Scabiosus, a, um.*

Ropa larga. *Talaris vestis.*

Ropa de seda. *Vestis bombicina.*

Ropa de luto. *Vestis pulla, atia. solum verrens.*

Ropa de los Romanos en tiempo de paz. *Toga, æ.* Tomase por la misma paz. *Cedant arma togæ.*

Ropa hasta los pies de que vsauan los nobles en Roma, hasta edad de dezisiete años. *Prætexta, æ.*

Rosa. *Rosa, æ.*

Rosado. *Roseus, a, um.*

Rosal. *Rosarium, ij.*

Rosca. *Spira, æ.*

Rostro. *Os, oris, facies, ei.*

Buen rostro. Facies liberalis. pulchra, formosa.

Roxo. *Flauus, a, um. Fuluus, a, um.*

Rozar vna cosa con otra. *Attero, is.*

Roznar. *Rudo, is.*

Roznido. *Ruditus, us.*

R ante V.

Ruar. *Equitare. Equo vehi.*

Rubi. *Pyropus, i.*

Ruda. *Ruta, æ.*

Rudo. *Tardus ingenio. Hebes, etis. Qui tardo ingenio est. Plumbeus. In quo summa est ingenij tarditas. Obtusus in genio. Cuius obtusa est acies ingenij. Natura tardior. Cuius magnus est stupor ingenij.*

Rudeza. *Tarditas ingenij, stupor ingenij.*

Rueca. *Colus, i.*

Rueda. *Rota, æ.*

Rueda de carreta. *Orbita, æ. rota, æ.*

Ruego. *Preces, um. rogatio, onis. Precatio. Rogatus, us. Obsecratio.*

Pidiome con muchos ruegos que le perdonasse. Summis precibus a me cõtendit, suppliciter mecũ egit, rogauit me quam suppliciter potuit,

vt

vt sibi ignoscerem. Rogauit, atq; orauit, ne se supplicem aspernarer. Manus ad me supplices tendens veniam implorauit. Ne se rogantem supplicemque reiicerem, implorauit.

Ruga. *ruga, æ.*

Rugese esso. *Hic rumor est. Hoc fertur obscuro hominum sermone.*

Ruybarbo. *radix barbara.*

Ruydo, o alboroto. *Tumultus, us.*

Ruydo de cosa que se quiebra. *fragor.*

Ruydo de los pies. *Strepitus, us.*

Ruydo de los que hablan baxo entre si. *Susurrus, i. susurratio, onis.*

Ruydo del mar. *Fremitus, us. mugitus, tus. murmur, uris.*

Ruydo del rio. *Fragor, oris.*

Ruyn. *Malus. Vide* Hombre malo.

Ruyna. *ruina, æ. exitium, i. excidium. euersio. pernicies. pestis.*

Ruyseñor. *Luscinia, æ. philomela, æ.*

Rumiar. *rumino, as.*

Rumiar, o pensar. *recogito, as.*

Rumiar, considerar. *Meditor, aris. Vide* Considerar, pensar.

Rumor. *rumor, oris. rumusculus, i.*

Este rumor ay. Hęc fama vagatur.

Rustico. *rusticus, inurbanus, agricola, imperitus morum.*

Rustiquez. *rusticitas, tis.*

Ruuia rayz, y yerua. *rubia, æ.*

Ruuio. *Flauus, a, um.*

De litera S.

S ante A.

SAbado. *Sabbathum, i.*

Saber. *Scio, is. cognosco, is.*

Saber algo de cierto. *Compertũ aliquid habere. Vide* Certidumbre.

Saber antes. *Præscio, is. * prænosco, præsagio. præsentio futura.*

Saber lo que se hizo. *rescio, is. cognosco.*

Saber, ser sabio. *Sapio, is.*

Sabe mucho. *Est hic adolescens doctus, doctissimus, omni doctrina instructus, omni sapientia ornatus omnium disciplinarum eruditissimus. Est de literis benemeritus, vberrimis artibus praditus, omni liberali doctrina politissimus. Instructus magnarum artium disciplinis. Eruditione, & doctrina cum paucis conferendus. Bonarum literarum doctrina præstantissimus. literarum splendore, & sapientiæ florentissimus.*

Todos saben. Omnes sciunt. præsciunt. Omnibus notum est, perspicuum, manifestum; omnibus cõstat.

Saber algo por cartas. *Discere, intelligere, cognoscere aliquid ex literis.*

* Saber las entradas y salidas de nuestra alma. *Omnes aditus animi tenere, animi sensus exploratos habere, quo exeat animo quoue progrediatur intelligere, animi pulsus alieni tentare, aditus latebras, angulos animi recessus cognoscere.*

Saber el manjar. *Sapio, is.*

Tomar sabor del. Saporem ex cibo percipere.

Sabiduria. *Sapientia, æ.*

Sabio. *Sapiens, tis. Qui præstat sapientia. Qui excellit, valet sapientia. In quo fulget, elucet, viget sapientia. In quo multum inest sapientię. Eximia singularique sapientia præditus. Vir magni consilij. Vide* Docto.

Sabiamente. *Sapienter, prudenter.*

Sabor de manjar. *Sapor,oris.*
Saboroso. *Suauis ad gustum.*
Sacabuche. *Tuba ductilis.*
Sacar lo que está encubierto. *Eruo,is.*
Sacar a luz. *In conspectum aliquid, lucemq; proferre,edere.*
* Sacar a vno de miseria. *Eripere aliquem ex miseria.*
* Sacar de cuydado. *Liberare cura.*
* *De temor.* Metu.
* Sacar de deudas. *Liberare ære alieno.*
Sacar lo que está guardado. *Depromo, is. Expromo, promo,is.*
Sacar agua del pozo. *Haurio,is.*
Sacar a fuera. *Educo,is.effero,ers. excipio,is. extraho,is.*
Sacar el meollo. *Enucleo,as.*
Sacar a publico. *Produco,is,* * *In lucem profero.*
Sacar a otro de algun lugar. *Abduco, is.*
Sacarle de su parecer. *Deducere,abducere de sententia.*
Saquelo por lo que dixistes. *Conieci ex ijs quæ dixisti.*
Sacò la gallina los pollos. *Gallina exclusit pullos.*
Sacar la verdad por fuerça. *Extorquere,elicere veritatem ab aliquo.*
Sacar argumentos. *Summere promere, depromere argumenta ex locis. ex Arist. ex aliquo auctore.*
Sacar al malhechor de la carcel al suplicio. *Producere e carcere maleficium ad supplicium, ad necem, ad patibulum.*
Sacar del numero. *Segregare,excludere aliquem ex numero.*
Sacada la cuenta. *Inita ratione subductis calcubus. rationibus.*
Sacar al viuo. *Ad viuum exprimere.*
Sacar de quicios. *Vellere ostium a cardine.*
De aqui se saca. Hinc fit,hinc nascitur oritur,deprehenditur.
Sacar fuego. *Excutere ignem ex silue.*
Sacerdote. *Sacerdos, tis. Publicus Dei minister.*
Sacerdocio. *Sacerdotium, ij.*
Sacerdotes de Marte. *Salij,orum.*
Sachuelo,o escardillo. *Sarculum,i. vel sarculus,i.*
Saco, o costal. *Saccus,i.*
Vestido de vn saco. Sagutus,a,um.
Saco militar. *Sagulum,i.*
Sacramento. *Sacramentum,i.*
Sacrificar. *Sacra facere.* * *Litare Deo,libare fruges, vaccas immolare, boues mactare,victimam.*
* Sacrificar a Dios. *Victimis, sacrificijs, holocaustis Deum offensum placare, immolare Deo: cæsis victimis Deum venerari, rem diuinam Deo facere.*
Sacrificio. *Sacrificium,ij.*
Sacrificio de animales. *Victima,æ.*
Sacrilegio. *sacrilegium,ij.*
Sacrilego. *sacrilegus,i.*
Sacristan. *Æedituus, i.* * *Æditimus,i.*
Sacristia. *sacrarium,ij.*
Sacudir. *Quatio,tis. concutio,tis.*
Sacudir, a fuera. *Excutio,tis.*
Sacudir echando abaxo. *Decutio,tis.*
Saeta. *sagitta, æ.*
El que tira saetas. Sagitarius,ij.
Sagaz. *Sagax,cis. callidus, cautus, acutus, prudens, in quo ad omnia satis est consilij.*
Sagacidad. *Sagacitas,tis.calliditas,astutia, æ.*
Sagazmente. *Astute,callide,caute.*

Sagrada cosa. *Sacer,a,um.*
Sagrario. *sacrarium, ij.*
Sahumar. *suffio,is.*
Sahumerio. *suffimentum,i.*
Sal. *sal, is.*
Salar. *salio,is.*
Salada cosa. *salsus,a,um.*
Salado, o gracioso. *Festiuus, facetus. Vide* Gracioso.
Sala. *Aula,æ.*
Sala para comer. *Cenatio, onis.*
Salario. *Merces,dis. stipendium,ij.*
Salamanquesa. *salamandra, ę.*
Salero. *salinum,i.*
Salir. *Exeo,is. prodeo,is. egredior,eris.*
* Salir de casa. *Exire domo.*
* Salir del nauio, desembarcar. *Exire de naui.*
Salida. *Exitus,us. Egressio,onis.*
Salir arrebatadamente. *Erumpo, is. euado.*
Salida arrebatada. *Eruptio, onis.*
Salir a recebir. *Obuiam alicui præcedere, vel proficisci, exire, ire, occurrere alicui.*
Salir debaxo del agua. *Emergo,is.*
Salir a nado. *Enato, as.*
Salirse el agua del vaso, o otra cosa. *Effluo,is. perfluo,is.*
Salir de Religion. *Deficere a religione. vide* Religion.
Salir a desafio. *In arenam descendere.*
Salir de seso. *Insanio,is.*
Salir a luz. *In vulgus dimanare in publicum prodire. procedere in solem, & puluerem prodire in purgatum aera.*
Salir de pobreza. *Emergere ex mendicitate.*
Salir de raya. *Transire fines discedere ab finibus.*
Salir con su intento. *Voti compotem fieri.*
Salirse del proposito. *Egredi digredi ab instituto sermone.*
Salir de madre el rio. *Flumen redundare.*
Salir del puerto. *E portu soluere.*
Salir del orden. *Extra cancellos egredi.*
Salir con la suya. *Ius suum obtinere.*
Salinas. *salinæ,arum.*
Salinero. *salinator,oris.*
Salitre. *Nitrum,i.*
Saliua. *saliua,æ.*
Salmon pescado. *salmo,onis.*
Salsa. *Condimentum, i. optimum condimentum fames.*
Salmuera. *salsugo,inis.*
Salobre agua. *Amara aqua.*
Salpresado, o cecinado. *salsamentũ,i.*
Saltar. *salio,is.*
Saltar lexos. *Prosilio,is.*
Saltar de arriba. *Desilio,is.*
Saltar de la otra parte. *Transilio,is.*
Saltar hàzia arriba. *Insilio,is.*
Saltar hàzia tras. *Resilio,is.*
Saltar, y dançar. *salto, as.*
Saltear, o robar a alguno. *Compilo,as. Expilo. Inuadere in aliquem, & spoliare, adoriri, & aggredi, irruere in aliquem, incurrere, impressionem facere ex insidijs, ex occultis locis, impetũ in aliquem facere, cumq; spoliare, nudare. * insidiari viatori, vias obsidere, grassari.*
Salteador. *Grassator, oris. * Obsessor, insidiator, latro viarum.*
Dar en manos de los salteadores. Incidere in grassatores.
Saquear. *Diripio,is.*
Saquearon la ciudad. *Diripuerunt expilarunt, compilarunt ciuitatem. Bonis*

nis exhaurierunt domum; fanum. expoliarum fana.
Saco. *Expoliatio, direptio vrbis.*
Salua de la comida. *Delibatio, onis.*
Hazer la salua. Prægusto, as. delibo, as. degusto, as.
Saluacion del alma. *salus æterna.*
Saluador. *Saluator, oris. sotor, eris. seruator: Qui salutem dedit. Cic.*
Saluados. *Furfures, um.*
Saluage. *Soliuagus, monstrum. Siluestris, e.*
Saluar el alma. *Salute sempiterna, vita sempiterna animum donare. Ad beatum, ac sempiternam vitam traducere. In beatorum numero collocare, ponere.*
Saluar de peligro a algunos. *Saluum, & incolumem seruare, conseruare aliquem. Vide* Librar.
Saluo conduto. *Fides publica.*
Conceder saluo conduto. Dare interponere alicui fidem publicam.
Saludar. *Saluto, as. Saluere iubeo. Inde salutatio.*
Saludarse vno a otro. *Consaluto, as. Inde consalutatio, onis.*
Salud del cuerpo. *Valetudo bona, integra, firma, salus, tis. sanitas, tis. Integritas valetudinis, incolumitas.*
* *Mirar por su salud.* Consulere, indulgere, seruire valetudini; valetudinem curare, diligentiam conferre in valetudinem; valetudinis rationem habere.
* *Tened cuenta con vuestra salud.* Cura diligenter valetudinem, cura, da operã, vt valeas, indulge valetudini, respice, serui, cõsule, salutis rationẽ habeo, vel ducito valetudinis, parcas, parcito saluti. Prospice, consule, prouide, inserui saluti, cogita, labora de tua salute, inuigila tuæ saluti, vigila, excuba pro salute. Mihi antiquissima cura est, vel maxima de salute.
* *Tener salud, estar bueno.* Valere, belle habere, firmum esse.
Estar malo, enfermo. Ægrotare.
Estar mejor. Firmiorem esse, melius esse alicui.
Salud del alma. *Salus animi.*
Saludable. *Salutaris, e. salubris, e.*
Saludablemente. *Salubriter.*
Saluo. *Saluus, a, um. incolumis, e.*
* *El que buelue saluo.* Redux, cis.
Saluia yerua. *Saluia, æ.*
Salutacion. *Salutatio, onis.*
Sano, o saludable. *Salubris, e. sanus.*
Sano, sin enfermedad. *Sanus, firmus, valens, validus, cui valetudo est, qui firmo corpore est.*
Sanar a otro. *Sano, as. Saluti aliquẽ restituere, reddere. Morbum ab aliquo depellere, morbuo aliquem liberare. Ad salutem aliquem reducere. Alicui salutem reddere, restituere, dare. Curare aliquem. Mederi alicui.*
Sanar. *Conualesco, is. Vide* Conualecer.
Sanable, o curable. *Sanabilis, quod curari potest.*
Sandio, loco. *Insanus. Vide* Loco.
Sanear la cosa. *Satisdo, as.*
Saneamiento. *satisdatio, onis.*
Sangrar. *Incidere, secare alicui venam, sanguinem minuere, detrahere venis.*
Sangria. *Missio sanguinis, detractio.*
Sangrador. *Phlebotomus.*
Sangre. *sanguis, inis. cruor, ris.*
Sangriento. *sanguinolentus, sanguine attratus, infectus, tinctus, cruentus.*

tus, cruentatus. * *Sanguine, eruore conspersus.*

Cosa de sangre. Sãguineus,a,um.

Sangre corrompida. *Tabes,is. tabũ, i.*

Sangrentar. *Cruentare, sanguine inficere.*

Amigo de derramar sangre. Sanguinarius,a,um.

Sanguaça. *Sanies,ei. tabes,is.*

Sanguisuela. *Sanguisuga,æ.*

Sanidad. *Sanitas,tis. salus,tis. valetudo, inis. Integra valetudo, bona valetudo. Bona corporis habitudo. Integritas valetudinis. Corporis firma constitutio. Firma corporis affectio.*

Sanidad, o sana cosa. *Salubritas, tis.*

Santa cosa. *Sãctus,augustus,sacer,a,um.*

Santamente. *Sancte.*

Santos del cielo. *Cælites,um. cœlestes, ium. Beati,diui.*

* Santo canonizado. *Indiges,etis.*

Santidad. *Sanctitas,tis. sanctimonia,æ. sanctitudo,inis.*

Santificar. *Sãctum efficere aliquem. Omni criminis labe purgare.*

Saña. *Furor,oris. Ira,æ. Iracundia,æ.*

Sañudo. *Iratus,iracundus.*

Sapo. *Bufo,onis.*

Sardina. *Halec,ecis.*

Sarmiento. *Palmes,tis.*

Sarmiento para plantar. *Malleolus,i.*

Sarmiento para quemar. *sarmentũ,i.*

Sarmiento para prouena. *Tradux,cis.*

Sarna. *scabies ei.*

Sarnoso. *Qui scabie laborat, scabiosus.*

Sarten. *sartago,inis.* * *Cucuma,æ.*

Sastre. *sartor,oris.*

Satiro. *Satyrus, i.*

Satira. *Satyra,æ. sermo, onis.*

Satirico. *Satyricus,i.*

Satisfazer. *satisfacio,cis.*

Satisfacion. *satisfactio,onis.*

Sauañon, o friera. *Pernio,onis.*

Sauco. *sambucus,ci.*

Sauze. *salix,cis.*

Sauzedal. *salicetum, i.*

Sauana. *sindon, onis.*

Sayal. *sagum, saccus,i.*

Sayo. *Tunica,æ.*

Sayon, o verdugo. *Carnifex,cis. tortor.*

Sazon. *Tempestiuum tempus. præclara occasio. Maturum tempus. opportunitas,tempestiuitas.*

S ante E.

Seays bien venido. *Fœlix, prosper, fortunatusq; nobis tuus aduentus sit.*

Secar. *sicco,as. exsicco,as. arefacio,is.*

Secarse. *Areo,es. aresco,exaresco.*

Secas de garganta. *Adenes,um.*

Seco. *Aridus,a,um. siccus, a,um.*

Secreto. *Arcanum,i.*

Secreto, o escondido. *Occultus, abditus, absconditus, tectus, clandestinus, a, um.*

Secretamente. *Secreto, clam, remotis arbitris.* * *occulte, clanculum, sine teste, furtim abdite, secreto, arcane, obscure, latenter.*

Secretario. *Qui est a secretis.*

Secura, o sequedad. *siccitas,tis.*

Sed. *sitis,is.*

Tener sed. Sitio, is. siti ardentissima confici premi, cruciari.

Sediento. *sitiens,tis. siti penę enectus.*

Seda. *Bombyx, ycis.*

Seda texida muy delgada. *Coansericum.*

Cosa de seda. Bombycinus,a,um.

Tafetan senzillo. Bombycina leuis.

Tafetan doble. Bombycina crassior.

Hila-

Hiladillo. Bombycina rudior.
Rajo. Bombycinum intercissum.
Tertiopelo. Bombycinum villosum.
Damasco. Bombycinum damascenum.
Raso carmesi. Bombycinum intercisum conchyliatum.
Brocado. Bombycinũ auro textũ.
Sedal. *Seta, æ.*
Segar. *Meto, is. demeto, is.*
Segador. *Messor, oris.*
Siega. *Messis.* Cosa de siega. *Messorius.*
Seguir. *Sequor, eris. subsequor, insequor. sector, aris.*
Seguidor. *sectator, oris.*
Sigue el parecer de otros. *In aliorum sententiam it, abit. Vide* Parecer.
Seguir el exemplo de alguno. *Insistere, inhærere alicuius vestigijs.*
Seguir el vando de vno. *Sequi alicuius partes.*
Segun. *secundum, iuxta, prout.*
Segun yo siento. *Vt quidem sentio, quemadmodum ipse sentio. Meo quidẽ iudicio: vt mea fert opinio. Vt dicam quod sentio.*
Segun es de bueno lo hara. *Faciet pro sua probitate, vt est probus: qua eius probitas est.*
Segundo. *secundus, proximus primo.*
Segunda vez. *Iterum secundo.*
Lo segundo que me mueue es, &c. Secundo loco me mouet illud deinde me mouet. Alterum illud est, quod me mouet. Illa est, quæ me moueat altera ratio. Accedit deinde illud, quod me valde mouet.
Segur para cortar. *securis, is.*
Segura cosa. *securus, a, um.*
Seguridad. *securitas, tis.*
En ninguna parte tengo seguridad. Nihil mihi tutum, nihil insidijs vacuum est. Nullo loco satis septus, munitus, tutus sum a periculo. Nusquam præsidij mihi satis est.
Seguridad, cedula de seguro. *Fidei cautio.*
Seguramente. *secure.*
Dar seguridad de vna parte, y otra. Satisdare, & satis accipere.
Seys. *sex.*
Seyscientos. *sexcenti, a, a.*
Seys vezes. *sexies.*
Seyscientas vezes. *sexcenties.*
Seyscientas mil vezes. *sexcenties millies.*
Sellar. *signo, as. obsigno, signo literas consignare. literis signum opponere.*
Sello. *signum, i. sigillum, i.*
Sello falso, o contrahecho. *signum adulterinum.*
Semana. *Hebdomas, dis. hebdomada, æ. septimana, æ.*
Semblante. *Vultus, us.*
Mucho encubre el semblante. Frõte multa facile occultantur. Fronte quasi integumentis inuoluuntur sæpe multa. Frons, oculi, vultus, persæpe mentiuntur.
Mudo muchas vezes el semblante. Incertus illi erat vultus, crebra coloris mutatio. Non eundem semper referebat vultum. Non idem illi semper erat vultus. Mutabat sæpe vultum. Vultum sæpe aut mutabat timide, aut callide fingebat.
Sembrar. *semino, as. sero, is. semina terræ mandare. sementem facere. semen spargere.*

Sembrador. *seminator,oris. sator.*

Sembrado,tierra sembrada. *Grauldata seminibus terra.*

* *Crecer lo sembrado.* Augescere semina.

Sembradura. *satio,onis. sementis, is.*

Sembrar discordias. *Alienare,ab alienare voluntatem alicuius ab alio dirimere amicitiam inter aliquos vocare, adducere aliquem in inuidiam, aut odium aliorum.Incitare,excitare, concitare odium fratris in fratrem odium in aliquem inflammare,incendere.Cōflare inuidiam alicui.*

Semejante. *similis,qui similitudinem gerit, speciemque alicuius: qui aliquid, aut multum habet similitudinis. Cui similitudo est cum aliquo.Qui aliquem similitudine refert.*

Semejantes cosas. *Res similes assimiles. Affines inter se,maxima affinitate cōiunctę, deiunctę.*

Semejança. *Similitudo,inis.*

A semejança de bestias. More, ritu pecudum.

Semejantemente. *similiter.*

Sementera. *satio,onis. satius semnis. sementis,is.*

Sementar. *semino,as.*

Semilla. *semen,inis.*

Senador. *senator,oris.*

Senado. *senatus,us.*

Senda. *semita,æ. trames, itis. Via compendiaria.*

Seno. *sinus,us.*

Sentarse. *sedeo,es. consideo.*

Sentarse a la mesa. *Accumbere mensę, epulis.*

Sentenciar. *Iudico,as. sententiam dare, ferre, proferre,dicere.*

Sentencia. *Sententia,æ.*

Sentenciar por alguno. *Secundum aliquem iudicare.*

Sentina. *sentina, æ.*

La bomba de la nao. M th.Exhaurire ex vrbe sceleratorum sentinā. Eiicere sentinam vrbis. *Echar los malos de la ciudad.*

Sentir. *sentio,is.*

* *Sentir, percebir.* Sensu percipere, comprehēdere quæ sub sensum cadunt.

Sentido. *sensus,us.*

Tiene mortificados los sentidos. Nō odore, non tactu, non vlla sensus suauitate capitur. Omnem sensus suauitatem exclusit. Nullam suauitatem percipit ex iis quæ subiecta sunt sensibus. Respuit omnem suauitatem earum rerum, quæ sub sensus cadunt;quæ dulcem motum afferre sensibus possunt.Nulla sensus voluptate capitur.

Murio con todos sus sentidos. Integramente,cæterisque sensibus,mortuus est. Ad mortem vsque, integris sensibus vsus est.Nullum sensum amisit. Nullius sensus vsum amisit.

Sentimiento, o dolor. *Animi sensus. acerb*[9]*. Animi cruciatus.Vide* Dolor.

Sentimiento, o parecer. *Sententia,æ. sensus,us.*

Senzilla cosa. *simplex,cis.*

Senzillo. *simplex,cis. Apertus, minime tectus,minime callidus,antiquus,planus minime obscurus.* * *In quo nihil simulatum, nihil fictum, vel fucatum est,integer. Simplicis veritatis amic*[9]*.*

Senzillez. *simplicitas,tis.*

Senzillamente. *simpliciter, aperte,sincere.*

Seña,

S ñ3,o feñal. *ſignum,i.*
S. ñas con la cabeça. *Nutus,us.*
Señal de virtud. *Virtutis ſpecimen, bona indoles.*
S ñal de herida. *Cicatrix,cis.*
Señal de golpe. *Vibex.cis.*
S. ñalar con fuego. *Inuro,is.*
Señaladamente. *Egregie,eximie.*
S ñalado. *Inſignis,e.*
Señalado, o excelente. *Egregius, eximius,inſignis,excellens.*
Señalar. *Deſigno,as. noto,as.*
S ñalar, o elegir. *Eligo,is. Deſigno,as.*
S.ñalar caſtigo. *Statuere, conſtituere, proponere grauiſſimum ſupplicium in aliquem.*
Señor. *Dominus,i. herus,i.*
Señora. *Hera,a.*
Señorio. *Dominatus,us.* * *Principatus, dominatio.*
S.ñorear. *Dominor, aris. Principatum tenere.*
* *Eſtar debaxo de ſeñorio.* Eſſe ſub poteſtate, ditione, imperio alicuius teneri; cõtineri in alicuius dominatu. *Vide* Imperio.
Señor de caſa. *Paterfamilias.*
Señora de caſa. *Materfamilias.*
Señuelo,o añagaza. *Illicium, ij.*
Sepulcro. *Sepulchrum,i. tumulus, ſepultura,a.*
S.pultar. *Sepelio, is. humo, as. Corpus terra mandare.*
* *Dexar vn muerto ſin ſepultura.* Inhumatum, inſepultum illum relinquere, ſepultura, & iuſtis exequijs caruit.
Septentrion. *Septentrio,onis.*
Sequedad. *ſiccitas, tis.*
Ser. *Sum,es,fui.*
Ser muy eſcrupuloſo. *Nimis Religioſum eſſe.*
Ser deuoto de algun Santo. *Proſequi, colere,venerari ducũ aliquem ſingulari quadam religione,pietate, cultu.*
Ser de vn parecer. *Sentire idem. in eadem eſſe ſententia.*
Ser accepto a alguno. *Maxime plebi acceptum eſſe,acceptiſſimum,gratum, gratiſſimum.*
Ser muy enfermizo. *Eſſe tenui tenuiſſima valitudine hominem infima, & incommoda valitudine.*
Ser auariento. *Auaritia ſtimulis agitari. ardere, flagrare in explebili pecuniæ cupiditate.*
Ser liberal. *Liberalem,munificum,& benignum in aliquem eſſe.*
Ser licito, o illicito. *Licet peccare nemini. Licitum, aut illicitum eſſe. fas, vel nefas.*
Ser tenido en poco. *Cõtẽptui eſſe alijs.*
Ser tenido en mucho. *Haberi magno ſummo in pretio.*
Ser digno, o indigno. *Dignum, aut indignum eſſe miſericordia.*
Ser apartado por fuerça. *Detrahi, abſtrahi, abripi, diuelli a coniuge, a filijs.*
Ser muy feruoroſo. *Feruere,vti ſumma alacritate,& ſtudio in.*
